A Cebes, ait ille, in qua sunt viri omni ex parte boni, multa sunt autem etiam genera barbarorum. » Sic existimat Plato ex barbaris quoque esse aliquos philosophos. Epicurus autem contra existimat solos Græcos posse philosophari. Et in *Convivio* Plato laudans barbaros, ut qui philosophiam insigniter exercuerint, vere dicit : « Et in multis aliis, et apud Græcos, et apud barbaros, quorum etiam templa jam multa facta sunt, propter ejusmodi filios. » Clarum est autem, barbaros eximie semper honorasse suos legumlatores et præceptores, eos deos appellantes. « Bonas enim animas, » ut dicit Plato, « super-cœlesti loco relicto, sustinuisse venire in hunc tartarum, et corpore suscepto, malorum omnium quæ ex generatione contrahuntur fuisse participes existimant, humani generis curam gerentes : » quæ et leges tulerunt, et philosophiam prædicarunt ; « quo majus bonum ad hominum genus nunquam a diis venit, nec veniet. » Atque mihi quidem videntur cum sensissent magna, quæ per sapientes conferebantur, beneficia, et eos coluisse, et publice esse philosophari, et Brachmanes universi, et Odrysæ, et Getæ. Quin etiam genus Ægyptium diligentissime illos in deos retulit, et Chaldaei et Arabes, qui dicti sunt Felices, et quicunque habitaverunt Palæstinam, et non minima Persici generis pars, et alia præter hæc genera innumerabilia. Clarum est autem inveniri semper Platonem magni facere barbaros, ut qui meminisset se et Pythagoram plurima & eaque præstantissima et nobilissima dogmata didicisse apud barbaros. Et ideo etiam genera barbarorum vocat « genera philosophorum **131** barbarorum : » neque ignorat in *Phædro* regem Ægyptium,

⌘ P. 556 ED. POTTER, 505 ED. PARIS.

(84) Ἀσκήσαντας, μόνους. Cur μόνους, « solus ? » Certe a verbis Platonis, quæ sequuntur, inferri non potest eum existimavisse, quod « soli » barbari sapientiæ studia exercerent : sed contra dicit, esse Græcos perinde ac barbaros, qui id facerent. Proinde nisi aliquid ad complendam hanc sententiam desit, quod suspicor, scribendum ἀσκήσαντας νόμους, quia de legum ferendarum scientia Platoni res est. Vel omittenda vox μόνους, quæ forte e priori sententia in hanc irrepsit. Sic demum facilis erit sensus. Porro verba Platonis in *Convivio* pag. 4198 hæc sunt : Τίμιος δὲ παρ' ὑμῖν καὶ Σόλων διὰ τὴν τῶν νόμων γέννησιν, καὶ ἄλλοι ἄλλοι πολλαχοῦ ἄνδρες, καὶ ἐν Ἑλλήσι καὶ ἐν βαρβάροις, πολλά καὶ καλὰ ἀποφηνάμενοι ἔργα, γεννήσαντες παντοίαν ἀρετὴν ὧν καὶ ἱερὰ πολλά ἤδη γέγονε διὰ τοὺς τοιοῦτους παῖδας : διὰ τοὺς ἀνθρωπίνους, οὐδενός που. « Honoratur apud vos propter generationem legum et ipse Solon, aliique permulti alibi apud Græcos et barbaros, qui multa et præclara demonstrarunt opera, virtutem omnem progengerantes. Quibus sacra ac templa multa ob hujusmodi sæpe natos dicata sunt, ob humanos vero alicui nunquam. » Equibus verbis si quis ἄλλοι pro ἀληθῶς apud Clementem reponere velit, haud repugnabo.

(85) Ψυχὰς. Hæc in fine *Phædonis* exstant. SYLB.

(86) Οὗ μείζον. Cicero *Academicarum quæst.* lib. 1, cap. 2 : « Nec ullum arbitror, ut apud Platonem est, majus aut melius a diis datum munus homini. » Platonis verba occurrunt *Timæi* p. 1058 : Ἐξ ὧν ἐπορισάμεθα φιλοσοφίας γένος : οὗ μείζον ἀγαθὸν οὐτ' ἤλθεν, οὐθ' ἤξει ποτὲ τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει

ἐωρηθὲν ἐκ θεῶν. « Quibus ex rebus philosophiam adepti sumus. Quo bono nil unquam majus mortalium generi datum est deorum munere, neque dabitur. »

(87) Μαθόντας. Structuræ lex postulat μαθόντες, vel plur. μαθόντων. *Comm.* Sylburg.

(88) Τοῦ Θωῦθ. Tertull. *De anima* c. 2 : « Nedum divos, ut Mercurium Ægyptium, cui præcipue Plato adscribit. » Pamelius in eum locum scribens meminit hujus Clementis, monetque hic legendum « Theut » quemadmodum legitur apud Platonem in *Phædro*, ubi narrat Socrates, venisse Theut ad Thammum, regem Ægypti, eique artes suas demonstrasse. De eodem item in *Philebo* : Φωνὴν ἀπειρον κατενόησεν, εἴ τε θεός τις, εἴτε καὶ θεῖος ἄνθρωπος, ὡς λόγος ἐν Αἰγύπτῳ Θεῦθ τινὰ τοῦτο γενέσθαι. « Vocem infinitam animadvertit, sive deus aliquis, sive divinus homo, veluti fama refert, hujusmodi hominem, nomine Theut, in Ægypto existisse. » Cicero lib. III *De natura deor.*, ut monet Scaliger in Varronem, Theut vocat, locus tamen Ciceronis sic legitur in editione Lambini : « Mercurius quintus, quem colunt Pheneæ, qui Argum dicitur interemisse, ob eamque causam Ægypto præfuisse, atque Ægyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Ægypti Thoyth appellant. » Suidas, Θωῦθ καὶ Θῶθ ὁ Ἑρμῆς. COLLECT.—Philo Byblus apud Eusebium *Præparat. evangel.* lib. 1, c. 9, p. 31, 52 edit. Paris., refert e Sanchoniathone, Taautum « primum litteras invenisse, ac scribendorum commentariorum auctorem fuisse : καὶ ἀπὸ τοῦδε ὡς περ κρηπίδα βαλλόμενος τοῦ λόγου, ὃν Αἰγύπτιοι μὲν ἐκάλεσαν Θωῦθ, Ἀλεξανδρεῖς δὲ Θῶθ, Ἑρμῆν δὲ Ἕλληνας

et Thoyth nobis ostendit sapientio rem: quem quidem novit esse Mercurium. Quinetiam in *Charmide* videtur quosdam nosse Thraeces, qui dicuntur animam facere immortalem. Narratur autem Pythagoras fuisse discipulus Sonchedis, archiprophete Ægyptii; Plato autem Sechnuphilis Heliopolitani; Eudoxus autem Cnidius Comuphidis, qui ipse quoque fuit Ægyptius. In dialogo autem *De anima*, rursus videtur Plato agnoscere prophetiam introducens prophetam Lachesis orationem enuntiantem, et apud eas, quæ sortiuntur, animas prædicentem; et in *Timæo* sapientissimum Solonem introducit discentem a barbaro. Ita autem se habet dictio: « O Solon, Solon, vos Græci semper estis pueri, senex autem nullus est Græcus; disciplinam enim nullam habetis canam. » Democritus autem

μετέφρασαν: ab illo autem auspicatum esse, quem ab Ægyptiis Thout, ab Alexandrinis Thoth, nominatum, Græci Hermen, seu Mercurium reddidere. »

(89) *Χαρμίδη*. Platonis verba, *Charmidæ* pag. 464, hæc sunt: « Ἐμαθὸν δ' αὐτὴν (ἐπωδὴν) ἐγὼ ἔχει ἐπὶ στρατιᾶς παρὰ τινος τῶν Θρακῶν τῶν Ζαμολξίδος ἱατρῶν, οἱ λέγονται καὶ ἀθάνατιζεῖν. » Quam incantationem didici ibidem in exercitu a quodam medicorum, Zamolxidis sectatorum, qui et immortalitatem asserere dicuntur. »

(90) *Σώγχηδι*. Forte rectius *Σώγχιδι*, a nomine *Σώγχις*. SYLBERG.

(91) *Κοροούφιδι*. « Corrigo *Χορούφιδι*. Ita Ægyptius ille sophus dicitur Plutarcho in libro *De genio Socratis*, et ita dici debet: » inquit Menagius *Observat. ad Luertii Eudoxum*, lib. viii, segm. 90.

(92) *Ἐν δὲ τῷ Περὶ ψυχῆς*. Per memoriæ lapsum hæc tribuit Clemens dialogo *De anima*, quæ occurrunt lib. x *De republica*, pag. 765: Σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι εὐθὺς δεῖν ἰέναι πρὸς τὴν Λάχαισιν. Προφήτην οὖν τινὰ σφᾶς πρῶτον μὲν ἐν τάξει διαστῆσαι: ἔπειτα λαβόντα ἐκ τῶν τῆς Λαχέσεως γονάτων κλήρους τε καὶ βίων παραδείγματα, ἀναβάντα ἐπὶ τὴν βῆμα ὑψηλόν, εἰπεῖν: Ἀνάγκης θυγατρὸς, κόρης Λαχέσεως, λόγος. « Illuc ergo animæ cum venerint, statim oportere ad Lachesis accedere: ubi illico propheta aliquis primum singulas disponit in ordinem, postea cum ex genibus Lachesis sortes, et vitarum exempla susceperit, sublime quoddam tribunal ascendens, sic satur: Oratio Lachesis virginis, Necessitatis filię, » etc.

(95) *Πρὸς τοῦ Βαβυλῶν*. C. Ritterhusius not. in Porphyrium *De vita Pythagoræ*, his Clementis verbis laudatis, adjicit: « Legendum πρὸς τοῦ β., quod valet πρὸς τινος: ut apud S. Paulum I Thess. iv, 6: Ἐν τῷ πράγματι valet ἐν τινι πράγματι. Sic enim legendum, ubi vulgo ἐν τῷ. »

(94) ὦ Σόλων. Hæc infra recitat Clemens, paulo ante hujus libri finem, p. 555: item Justinus M. *Cohort. ad Græcos*, p. 71 edit. Oxon.; Eusebius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 471; Cyrillus Alexandrinus *Contra Julianum*, lib. 1, p. 15; Theodoretus *Θεραπ.*, serm. 1, p. 437. In Platonis autem *Timæo* p. 1045 sic se habent: Καὶ τινὰ εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὐ μάλα παλαιῶν. ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνας αἰεὶ παῖδες ἐστέ, γέροντων δὲ Ἕλληνας οὐκ ἐστίν. Ἀκούσας οὖν, Ἡὼς τι τοῦτο λέγεις; φάναι. Νέοι ἐστέ, εἰπεῖν, τὰς ψυχὰς πάντες οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοήν παλαιάν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιῶν οὐδέν. « Tunc e sacerdotibus Ægyptiis quemdam grandem natu dixisse: O Solon, Solon, Græci pueri semper estis, nec quisquam e Græcia senex. Cur istud diceret, percontante Solone, respondisse sacerdotem: Quia juvenis semper vobis est animus, in quo nulla est ex vetustatis commemoratione prisca opinio, nulla cana scientia. »

A Ἐρμῆν οἶδεν ὄντα. Ἀλλὰ καὶ τῷ *Χαρμίδη* (89) Θρακῶν τινὰς ἐπιστάμενος φαίνεται, οἱ λέγονται: ἀθάνατιζεῖν τὴν ψυχὴν. Ἱστορεῖται δὲ Πυθαγόρας μὲν Σώγχιδι (90) τῷ Αἰγυπτίῳ ἀρχiproφήτῃ μαθητεῦσαι Πλάτων δὲ Σεχνούφιδι τῷ Ἡλιοπολίτῃ. Εὐδοξος δὲ ὁ Κνίδιος Κορούφιδι (91) τῷ καὶ αὐτῷ Αἰγυπτίῳ. Ἐν δὲ τῷ *Περὶ ψυχῆς* (92) Πλάτων πάλιν προφητείαν γνωρίζων φαίνεται, προφήτην εἰσάγων τὸν τῆς Λαχέσεως λόγον ἐξαγγέλλοντα, πρὸς τὰς κληρούμενας ψυχὰς προθεσπιζόντα: καὶ τῷ *Τιμίῳ* τὸν σοφώτατον Σόλωνα μαυθάνοντα εἰσάγει πρὸς τοῦ βαβυλῶν (95). Ἔχει δὲ τὰ τῆς λέξεως ὧδε: « ὦ Σόλων (94), Σόλων, Ἕλληνας ὑμεῖς αἰεὶ παῖδες ἐστέ: γέροντων δὲ Ἕλληνας οὐδεῖς: οὐ γὰρ ἔχετε μάθημα χρόνῳ πολιῶν. » Δημόκριτος γὰρ τοὺς Βαβυλωνίους (95) λόγους ἠθικῶς πεποιήται: λέγεται γὰρ τὴν Ἀκικάρου (96)

(95) *Βαβυλωνίους*. Eusebius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 472, a Clemente edoctus, hæc ait: Καὶ Δημόκριτος δὲ ἐστὶ πρότερον τοὺς Βαβυλωνίων λόγους ἠθικῶς πεποιήσθαι λέγεται. « Quinetiam ante Platonem, Democritum ferunt, Babyloniorum de moribus disputationes edidisse. » Laertius in *Democrito* meminit libri cui titulus hic fuit: *Περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων*, *De sacris in Babylone litteris*.

(96) Ἀκικάρου. Reinesius *Var. lect.* lib. 1, cap. 22, ait: « Hic dignus vindice nolus, sed in quem nemo doctorum hactenus incidit, qui solveret. Democritum, quem vel κατ' ἐξοχήν, vel ut ab æquivocis, inter quos alius historicus, alius poeta, alius rhetor, cum discernere, Physicum appellarunt, ut est apud Varronem *De re rustic.* lib. 1, c. 4, et Plinium lib. xxviii, scripsisse περὶ τῶν ἐν Βαβυλῶνι ἱερῶν γραμμάτων, e Diogene Laertio discimus. Ea cum « moralibus Babylonicis et expositione columnæ Acicari, » de quibus Clemens, eadem fuisse, vero simile est. Sed quis iste « Acicarus, » ejusque « columna? » Est inter ἀπαξ ἀναγινωσκόμενα in antiquitate, quantum ejus mihi cognitum est, universa: experiar tamen. Acoris quidam, qui et Acencheres, inter Ægypti reges fuit: Ægyptiis et Æthiopicis solemne, doctrinas suas sacras et sapientiam arcanam de naturalibus et civilibus symbolis, quibusdam figuris animalium aliarumque rerum sub-lunarium cælatis, seu litteris mysticis, in pyramidibus et obeliscis proponere: partem etiam in templorum adytis conservarunt soli ejus custodes et doctores Ἀμμωνέες, seu sacerdotes, quorum in Solonis, Pythagoræ, Democriti, Platonis *Vita* multa mentio. Istæ hinc ἀπόκρουσα Ἀμμωνέων γράμματα a Philone Byblio apud Eusebium *Præpar. evangel.* lib. x, cap. 4 appellantur. Præterea Democritum: præterquam Chaldæam, Indiam et Persidem, etiam Ægyptum perlustrasse, conversatum aliquandiu cum sacerdotibus, et cognitione scientiarum omnium divitem ab iis in Græciam rediisse, constat. Ex his non absurde videtur colligi posse, quæ illa « Acicari columna. » Acicarus Clementi non alius est, quam Acencheres. Babylon, de qua apud Diogenem, oppidum est Ægypti memoratum Straboni, lib. xvii, qui φρουρεῖον ἐρεμνόν appellat: olim sita super Nilum, nunc cum Cairo uno muro inclusa hoc nomine. Jac. de Vitr. lib. iii *Hist. Hierosol.* A Bellonio paulo supra Cairum ponitur. De ea vero Diogenem et Clementem intelligi debere probat, quod sequitur apud eum, Democritum scripsisse περὶ τῶν ἐν Μερόῃ ἱερῶν γραμμάτων. Ἱερὰ γράμματα in solis Ægyptiorum rebus nominantur. » Hæc ille. Steph. le Moyne *Var. sacr.* pag. 546, 547, hæc dicit: « Ab ista voce ἄκικρ, Ak. ker, vel Akiker, fluxit forsan vox, quæ occurrit apud Clementem Alexandr. *Strom.* 1, p. 505, ubi mentionem ingerit

στήλην (97) ἐρμηνευθεῖσαν τοῖς ἰδίοις συντάξαι συγ-
γράμμασι. Κάστιν ἐπισημήνασθαι παρ' αὐτοῦ (98),
«Τὰδε λέγει Δημόκριτος,» γράφοντος· ναὶ μὴν
καὶ περὶ αὐτοῦ, ἧ̄ σεμνονόμενός φησί· που ἐπὶ τῇ
πολυμαθίᾳ· ἢ Ἐγὼ (99) δὲ τῶν κατ' ἐμαυτὸν ἀνθρώ-
πων γῆν πλείστην ἐπεπλανησάμην, ἱστορέων τὰ
μήκιστα· καὶ ἀέρας τε καὶ γέας (1) πλείστας
εἶδον· καὶ λογίων ἀνθρώπων πλείστων ἐσήκουσα (2)
καὶ γραμμάτων (3) συνθέσιος (4) μετὰ ἀποδείξιος
οὐδεῖς (5) κἄμ' ἐπαρήλλαξεν, οὐδ' οἱ Αἰγυπτίων καλεό-
μενοι Ἄρπεδονάπται (6)· σὺν τοῖς δ' ἐπὶ πᾶσιν ἐπ'
ἔτα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης ἐγενήθη. ἢ Ἐπῆλθε (7)
γὰρ Βαβυλωνά τε, καὶ Περσίδα, καὶ Αἴγυπτον, τοῖς
τε μάγοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθητεύων· Ζωροάστρην
δὲ τὸν μάγον (8) τὴν Πέρσῃν ὁ Πυθαγόρας ἐδήλω-
σεν (9). Βίβλους ἀπακρύφους (10) τῶνδρος τοῦδε οἱ τῆν

⊗ P. 337 ED. POTTER, 304 ED. PARIS.

columnæ ejusdam «Akikeri.» Torsit locus iste
viros eruditos, Bochartum imprimis et Bigotium,
viros insignes. Existimavit Bochartus, per colum-
nam Acicari apud Babylonios erectam, in qua
multa secreta continebantur sculpta, posteritati
transmittenda, fuisse $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$ $\tau\upsilon\sigma\upsilon$ columnam re-
rum fundamentalium, radicalium, et dogmatum,
quorum cura homines deberet primo tangere, et
quæ præcipue deberent memoriæ commendare. Et
revera $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$ apud Hebræos sunt radices, et fun-
damenta scientiæ, et articuli primarii religionis
Judaicæ. Arguta sane conjectura, et quæ forsitan
multis eruditis et verisimilitudinis specie, et aucto-
ris nomine possent se commendare. Videant ta-
men, annon columna potius dicebatur $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$ $\tau\upsilon\sigma\upsilon$
«columna exploratoris,» investigatoris, hominis,
qui operam totam suam impenderat, arcanis phy-
sices, moralis, et religionis vulgandis, referendis,
et cum omnibus lectoribus liberaliter communi-
candis. Nam apud Babylonios et Chaldaeos
vox $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$, «Akiker,» notat «inquirentem,» inquisi-
torem, ruspatorum, et qui, præteritis rebus vulgari-
bus et notis, ad occulta se confert, et ut illa possit
ernere, nulli parcat labori et diligentiae. Hoc est
proprie $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$, $\alpha\kappa\iota\kappa\epsilon\rho\iota$ ἐρευνᾶν, cum maxima conten-
tione aliquid investigare. Hæc ille. Porro librum,
Ἀκίχαρον dictum, edidisse Theophrastum, refert
Laertius lib. v, seg. 50, ubi: «Qui, qualisve fuerit
Acicharus, dicere, non nostrum est, sed aruspicias:»
inquit Menagius. Probabile est, eundem fuisse,
quem Strabo *Achaicarum* vocat lib. xvi, pag. 762,
ubi celebres μάντιες enumerans, memorat Amphia-
raum, Trophonium, Persarum magos, Indorum gym-
nosophistas, etc., παρὰ δὲ τοῖς Βοσπορανοῖς Ἀχαί-
χαρον, «apud Bosporanos autem Achaicarum.»
Etenim apud Thracas, Scythasque fuisse, qui stu-
diis operam darent, constat exemplis Orphei et
Anacharsidis. Quinetiam Judæi tradunt, decem
Israeliticis tribus non solum in Persiam et Me-
diam, sed etiam in regiones ultra Bosporum abdu-
ctas fuisse. Democritus autem in omnes fere re-
giones, quæ suo tempore studiis florebant, discendi
causa peregrinatus fuisse dicitur: unde λόγους
Βαβυλωνίους, λόγον Χαλδαϊκόν, λόγον Φρύγιον, περι-
τῶν ἐν Μερῶν, etc., edidisse memoratur.

(97) Στήλην. Notum est, antiquos, quæ posteris
tradi volebant, columnis insculpsisse. Unde Man-
etho apud Eusebium se, quæ refert, accepisse pro-
fiteatur ἐκ τῶν ἐν τῇ Στριάδικῃ γῆ κειμένων στῆλῶν,
ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικῶς γράμμασι κεχαρα-
κτηρισμένων ὑπὸ Θωῦθ τοῦ πρώτου Ἑρμοῦ, «a co-
lumnis in Seriadica terra positis, sacra dialecto
sacris litteris a Thout, primo Herma, insculptis.»
Paulo post p. 506 Clemens memorat κόσμου στή-
λας, quas Hercules ab Atlante accepit. Hæc autem

morales libros scripsit Babylonicos: dicitur autem
Acicari, ⊗ quam est interpretatus columnam, suis
scriptis adjunxisse. Atque ex ipso observari hoc
potest, ubi, «Hæc autem dicit Democritus,» scri-
bit. Quin etiam de seipso, de magna sua se jactans
doctrina, ait: «Ego ex iis, qui meo tempore fue-
runt, plurimas terras peragravi, ea quæ procul erant
remota inquirens, et aeris et terræ vidi regiones
plurimas, et homines doctos audivi plurimos, nec
in ducendis committendisque lineis, vel eorum, qui
apud Ægyptios Arpedonaptæ dicuntur, quisquam
me demonstrationum certitudine superabat, quibus
cum omnibus ad octoginta annos peregrinus ho-
spesque versatus sum.» Adiit enim Babylonem,
Persidem et Ægyptum, magorum et sacerdotum
se præbens discipulum. Zoroastrem autem magum

de re qui plura scire cupit, adeat Fabricii *Biblio-
thecæ Græcæ* lib. i, cap. 11, sect. 5.

(98) Παρ' αὐτοῦ. Forte rectius παρ' αὐτοῦ, «apud
eum.» SYLBURG.

(99) Ἐγὼ. Hæc Democriti verba recitavit Euse-
bius *Præparat. evangel.* lib. x, cap. 4, p. 472.

(1) Γέας. Γαίας, Euseb.

(2) Ἀνθρώπων π. ἐσήκουσα. Ἀνθρώπων π. ἐπή-
κουσα, Euseb.

(3) Γραμμάτων. Γραμμένων, ms. Eusebii codex
in bibliotheca collegii D. Joannis Baptistæ asservatus.

(4) Συνθέσιος. Forte dativo casu legendum συν-
θέσει, «compositionibus.» SYLBURG. — Sed rece-
ptam lectionem firmat Eusebius. Mox, inquit Syl-
burgius, οὐδεὶς κω Ionice dictum pro οὐδεὶς πω,
«nullus dum, nemo adhuc.»

(5) Μετὰ ἀποδείξιος οὐδ. Μετὰ ἀποδείξεως
οὐδεὶς με παρήλλαξεν, οὐδὲ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι
Ἄρπεδονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτα ὀγδοήκοντα
ἐπὶ ξένης ἐγέν. Euseb. Μετ' ἀποδείξεως οὐδεὶς κἄμ'
παρήλλαξεν, οὐτε Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι Ἄρπε-
δονάπται, οἷς ἐπὶ πᾶσιν ἐπ' ἔτα ὀγδοήκοντα ἐπὶ ξένης
ἐγέν. Ms. Joan.

(6) Ἄρπεδονάπται. Ἄρπεδονάπται indubi-
tanter retinuit apud Eusebium Vigerus ejus editor,
non advertens hæc e Clemente petita esse. Est au-
tem verior lectio Ἄρπεδονάπται, unde factum Ἄρ-
πεδονάπται in codice Joan. Porro ἀρπεδόνας ἀπ-
ταιν idem est, quod γραμμάς συντίθεσθαι· in quo
his viris, utpote mathematicorum filiis, præcipue
studium erat. Vigerus perperam ducit ab ἄρσις,
πέδον et ἄπται.

(7) Ἐπῆλθε. Hæc etiam Eusebius paulum mu-
tata in suam *Præp. evang.* transtulit: Ἐπῆλθε γὰρ
καὶ οὗτος Βαβυλωνά τε, καὶ τὴν Περσίδα, καὶ Αἴγυ-
πτον, τοῖς τε Αἰγυπτίοις καὶ τοῖς ἱερεῦσι μαθη-
τεύων. «Adiit enim ille Babylonem, et Persidem,
et Ægyptum, Ægyptiis et sacerdotibus se discipu-
lum præbens.» Ubi pro Αἰγυπτίοις restituendum
ex Clemente μάγοις. Porro pro ἱερεῦσι μαθητεύων
codex Joan. exhibet ἱστοροῦσι μαθητῶν. Tatianus
p. 64 edit. Oxon. de Democrito ait: Ὁ τὸν μάγον
Ὀστάνην καυχώμενος. «Qui de doctrina Ostanæ
magi se jactabat.»

(8) Ζωροάστρην τὸν μάγον. Ζωροάστρης ὁ Μῆδος
idem dicitur infra p. 354. Verum *Strom.* v, p. 599
seipsum appellat γένος Πάμφυλον, «genere Pam-
phylium.» Laertius in proœmio refert, Magorum
principem fuisse Ζωροάστρην τὸν Πέρσῃν, «Zoroa-
strem Persam.» Conf. de Zoroastre *Recognitiones
Clementis*, lib. iv, cap. 27; *Clementina*, homil. 9,
cap. 4, et utrobique Cotelerii notæ.

(9) Ἐδήλωσεν. Ἀπίως ἐδήλωσεν, «æmulatus est,»
quod

(10) Βίβλους ἀπακρύφους. Plinius, lib. xxx,

Persam Pythagoras ostendit. Qui Prodicii hæresim persequuntur, gloriantur se arcanos libros hujus viri possidere. Alexander autem, in libro *De symbolis Pythagoricis*, refert Pythagoram & fuisse discipulum Nazarati Assyrii (quidam cum existimant Ezechielem, sed non est, ut ostendetur postea), et vult præterea Pythagoram Gallos audisse et Brachmanas. Clearchus autem Peripateticus dicit se nosse quemdam Judæum, cum quo versatus est Aristoteles. Heraclitus autem non humanus, sed divinitus potius dicit apparuisse Sibyllam. Aiunt itaque Delphis in curia ostendi petram quamdam, super quam dicitur sedisse prima Sibylla, quæ ex Helicone venerat, educata a Musis, cum esset filia Lamiae Sidoniæ. Serapion autem in versibus dicit ne mortuam quidem a divinandi arte cessasse Sibyllam; et id quidem, quod ex ea in aerem recessit post obitum, esse, quod in ominosis vocibus ac rumoribus divinat; ex eo autem, quod in terram mutatum est, corpore, exorta, ut consentaneum est, herba, quæcumque eam bestia comedissent, cum in eo loco essent, scribit perfectam futuri cognitionem per exta hominibus significasse. Ejus

✠ P. 558 ED. POTTER.

quod C. quoque monuit. SYLBERG. — « Ita legebat Cyrillus, lib. iii *Contra Julian.* pag. 87, uti constat non modo ex prolatis ibidem Clementis verbis, sed etiam ex sequentibus Cyrilli, qui Pythagoram appellat Zoroastris *πανάριστον ζηλωτήν*, » inquit eruditus Tatiani editor Oxon., p. 64.

cap. 1 : « Hermippus, qui de tota ea arte diligentissime scripsit, et vicies centum millia versuum a Zoroastre condita, indicibus quoque voluminibus ejus positis, explanavit. » *Recognitiones* S. Clementis, lib. iv, cap. 27 : « Cham cuidam ex filiis suis, qui Mesraim appellabatur, a quo Ægyptiorum et Babyloniorum et Persarum ducitur genus, male compertam magicæ artis tradiit disciplinam : hunc gentes, quæ tunc erant, Zoroastrem appellaverunt, admirantes primum magicæ auctorem, cujus nomine etiam libri super hoc plurimi habentur. »

(11) *Προδικίου*. Prodicii hæreseos meminit postea Clemens *Strom.* iii, pag. 458 et *Strom.* vii, p. 722. Ad verba e *Recognitionibus* Clementis modo laudata hæc adnotavit Cotelerius : « Conf. locum Clementis Alexandrini, lib. i *Strom.* pag. 504, de apocryphis Zoroastris libris circumdatis in Gnostica hæresi Prodicii, cum loco Porphyrii in *Vita Plotini* de libro adulterino Zoroastris nomine inscripto apud Gnosticos. »

(12) *Ναζαράτω τῷ Ἀσσυρίῳ*. Huetius *Demonstrationis evangelicæ* propos. 4 hæc dicit : « Pro eo, quod legi debet *Ζαράτω*, perperam legitur *Ναζαράτω*, de vitiosa iteratione postremæ litteræ præcedentis. Zaratus autem est, quem Zabratum appellat Porphyrius in *Vita Pythagoræ*, et Zaratum Plutarchus lib. *Περὶ τῆς ἐν Τιμῳ ἡνχογονίας*. Atque hunc esse Zoroastrem, supra probavimus. » De hoc nomine confer quæ adnotavit Cotelerius ad *Recognit.* Clementis lib. iv, cap. 27; Cyrillus lib. iv *Contra Julian.* qui ex Clemente sua transtulit, Zaran hunc virum appellat.

(15) *Κλέαρχος..... συνεγένετο*. Hanc pericopen Eusebius transtulit in suæ *Præparationis evangelicæ* lib. ii, c. 6, p. 410. Ipsa Clearchi verba, ex ejus lib. *De somno*, laudata reperies ejusdem libri c. 5.

(14) *Ειδέναι*. Vigerus ad Euseb. « Dubium est, eumne sibi visum dicat, aut utcumque cognitum. »

(15) *Ἡράκλειτος*. Plutarchus hæc verba Heracliti

A Προδικίου (11) μετιόντες αἴρασαν αὐχοῦσι κακτῆσθαι. Ἀλέξανδρος δὲ ἐν τῷ *Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* *Ναζαράτω* τῷ Ἀσσυρίῳ (12) μαθητεῦσαι ἱστορεῖ τὸν Πυθαγόραν (Ἡεζεκιήλ τοῦτον ἡγοῦνται τινες· οὐκ ἔστι δὲ, ὡς ἔπειτα δηλωθήσεται), ἀκηρόναι τε πρὸς τοῦτοις Γαλατῶν καὶ βραχμάνων τὸν Πυθαγόραν βούλεται. Κλέαρχος (15) δὲ ὁ Περιπατητικὸς εἰδέναι (14) φησί τινα Ἰουδαῖον, ὃς Ἀριστοτέλει συνεγένετο. Ἡράκλειτος (15) γὰρ οὐκ ἀνθρωπίνως φησὶν, ἀλλὰ πρὸς θεῷ μᾶλλον Σιβύλλῃ περᾶσθαι (16). Φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς (17) παρὰ τὸ βουλευτήριον δαίκνυσθαι πέτραν τινὰ, ἐφ' ἧς λέγεται καθίζεσθαι τὴν πρώτην Σιβύλλαν, ἐκ τοῦ Ἐλικῶνος παραγενομένην, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· ἐνιοὶ δὲ φασὶν ἐκ Μαλιαίων ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος (18). Σαραπίων (19) δὲ ἐν τοῖς ἔπεσι, μηδὲ ἀποθανοῦσαν λῆξαι μαντικῆς φησὶ τὴν Σιβύλλαν· καὶ τὸ μὲν εἰς ἀέρα χωρῆσαν αὐτῆς μετὰ τελευτήν (20), τοῦτ' εἶναι τὸ ἐν φήμασι καὶ κληδόσι μαντευόμενον· τοῦ δὲ εἰς γῆν μεταβαλόντος σώματος, πίας ὡς εἰκὸς ἀναφυσίσσης, ὅσα ἂν αὐτὴν ἐπιναμῆθῃ θράγματα, κατ' ἐκείνων δῆπουθεν γινόμενα τὸν τόπον, ἀκριβῆ τὴν διὰ τῶν σπλάγγων τοῖς ἀνθρώποις προφαίνειν τοῦ

de Sibylla affert lib. *De Pyth. oraculis* : *Σιβύλλα, μαινομένῳ σῶματι ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμόριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἔξιχνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν θεόν.* « Sibylla furenti ore non ridicula, neque exornata, aut unguentis oblita verba fundens mille annos voce pervadit, ejus dei opera, qui per eam loquitur. » Ex eodem libro sumptum est, quod sequitur de petra, quæ apud Delphos ostenditur. Sed omissa sunt quedam ab Herveto, sequitur enim post illud, a *Musis*, ὑπὸ τῶν Μουσῶν τραφεῖσαν· « ἐνιοὶ δὲ φασὶν ἐκ Μαλιαίων ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Σιδῶνος. At Plutarchus, εἰς Μαλεῶνα ἀφικέσθαι, Λαμίας οὖσαν θυγατέρα τῆς Ἡοσειδῶνος. Sic in Aldina editione : at interpret Gallicus eruditissimus nobis est sequendus, qui cum manuscriptis eum auctorem contulit : « Quidam autem aiunt ex Melea profectam illam, filiamque Lamiae fuisse, Neptuni filiam. » Postremo et quæ ex Serapione proferuntur, ex eodem loco descripta sunt. COLLECT.

(16) *Σιβύλλῃ περᾶσθαι*. Forte legendum *Σιβύλλῃ φᾶσαι*. LOWTH.— *Σιβύλλῃ* legit etiam interpret.

(17) *Φασὶ γοῦν ἐν Δελφοῖς*. Pausanias in *Phocicis* p. 629 edit. Hanov. : *Πέτρα δὲ ἐστὶν ἀνίσχουσα ὑπὲρ ταύτης· ἐπὶ ταύτῃ Δελφοὶ στασάν φασὶν ἄσαι τοὺς χρησμοὺς ὄνομα Ἡροφίλῃν, Σιβύλλαν δὲ ἐπικλήσειν τὴν πρότερον γενομένην. Ταύταις ταῖς μάλιστα ἑμοῖσις οὖσαν ἀρχαίαν εὐρισκόν, ἣν θυγατέρα Ἑλλήνης Διδὸς καὶ Λαμίας τῆς Ἡοσειδῶνος φασὶν εἶναι.* « Supra eum porticum eminet saxum, in quo narrant Delphi stasisse et oracula cecinisse vatem nomine Herophilen, cognomine Sibyllam, quæ tamen Sibylla longe ante vixit. Eam certe, ut quamvis aliam, longe vetustissimam comperi, quam Græci Jove et Lamia, Neptuni filia, natam leunt, » etc.

(18) *Σιδῶνος*. Pro *Σιδῶνος* apud Pausaniam legitur *Ἡοσειδῶνος*, « Neptuni : » paterque Sibyllæ prohibetur Jupiter. Plutarchus quoque in lib. *Περὶ τοῦ μὴ χρᾶν ἔμμετρα τὴν Η.* Lamiam Neptuni filiam facit : ut monuit Joannes Opsopæus, SYLB.— Conf. quæ paulo superius dicta sunt.

(19) *Σαραπίων*. H. ms. *Σαραπίων*. SYLBERG.

(20) *Μετὰ τελευτήν*. Malim cum articulo *μετὰ τὴν τελευτήν*. ID.

μέλλοντος δὴλώσειν γράφει· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς εἶναι τὸ ἐν τῇ σελήνῃ (21) φαινόμενον πρόσωπον οἰεται. Τάδε μὲν περὶ Σιβύλλης. Νουμάς (22) δὲ, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, Πυθαγόριος (23) μὲν ἦν, ἐκ δὲ τῶν Μωϋσέως ὠφελήθεις, διεκώλυσεν ἀνθρωποειδῆ καὶ ζωόμορφον εἰκόνα Θεοῦ Ῥωμαίους κτίζειν. Ἐν γοῦν ἑκατὸν καὶ ἐβδομήκοντα τοῖς πρώτοις ἔτεσι, ναοὺς οἰκοδομούμενοι, ἀγάλμα οὐδὲν οὔτε πλαστὸν, οὔτε μὴν γραπτὸν, ἐποίησαντο. Ἐπεδείκνυτο γὰρ αὐτοῖς ὁ Νουμάς δι' ἐπικρύψεως (24), ὡς οὐκ ἐφάσθαι (25) τοῦ βελτίστου δυνατὸν ἄλλως ἢ μόνῳ τῷ νῷ. Φιλοσοφία τείνον, πολυωφελεῖς τε γράμμα, πάλαι μὲν ἤκμασε παρὰ βαρβάρους, κατὰ τὰ ἔθνη διαλάμψασα· ὕστερον δὲ καὶ εἰς Ἕλληνας κατήλθεν. Προέστησαν δ' αὐτῆς Αἰγυπτίων τε οἱ προφῆται, καὶ Ἀσσυρίων οἱ Χαλδαῖοι (26), καὶ Γαλατῶν οἱ δρυῖδαι, καὶ Σαμαναῖοι (27) Βάκτρων, καὶ Κελτῶν οἱ φιλοσοφῆσαντες, καὶ Περσῶν οἱ μάγοι, οἱ μὲν γε (28) καὶ Σωτήρος προσεμήνυσαν τὴν γένεσιν, ἀστέρος αὐτοῖς καθηγουμένου εἰς τὴν Ἰουδαίαν ἀφικνούμενοι γῆν· Ἰνδῶν τε οἱ γυμνοσοφισταί, ἄλλοι τε φιλόσοφοι βάρβαροι. Διττὸν δὲ τούτων τὸ γένος· οἱ μὲν Σαρμάναι (29), αὐτῶν, οἱ δὲ Βραχμᾶνες καλοῦ-

✠ P. 539 ED. POTTER, 505 ED. PARIS.

(21) Ἐν τῇ σελήνῃ. Plutarchus lib. *De his qui sero a Numine genui.*, p. 567 edit. Paris. : "Ἐλεγε δὲ ὁ δαίμων τὴν φωνὴν εἶναι Σιβύλλης· ἄδειν γὰρ αὐτὴν περὶ τῶν μελλόντων ἐν τῷ προσώπῳ τῆς σελήνης περιπερομένην. « Dixit autem daemon, eam esse Sibyllæ vocem : quippe quæ in facie lunæ circumlata, de futuris canat. »

(22) Νουμάς. Hæc etiam, usque ad illa verba, C μόνῳ τῷ νῷ, in *Præp. evang.* lib. ix, c. 6, transtulit Eusebius.

(23) Πυθαγόριος. Πυθαγόρειος Euseb. Sic postea *Strom.* v, p. 548 : "Ὁ μὲν βασιλεὺς Ῥωμαίων (Νουμάς ἕνομα αὐτῶν) Πυθαγόρειος ὄν, etc. Plutarchus *Numæ*, pag. 64 et aliis locis refert, Numæ instituta Pythagoricis simillima fuisse : ἐξ ὧν καὶ μέγιστα λόγον ἔσχεν ἡ σοφία καὶ ἡ παιδεία τοῦ ἀνδρός ὡς Πυθαγόρα γεγονότος : « Unde percrebuit præcipue sapientiam hanc et eruditionem eum a Pythagora accepisse. » Similia dicit Livius *Histor.* lib. i et lib. xi, ubi errorem de Numæ Pythagoræ discipulo inde manasse existimat, quod utrisque similia instituta fuerint. Cicero *De oratore* lib. ii, cap. 57, dicit Numam, Pythagoreum licet existimatum, tamen « annis permultis ante fuisse, quam ipse Pythagoras. » Et paulo post principium lib. iv *Tusc. quæst.*, cura dixisset, « Pythagoram fuisse in Italia temporibus iisdem, quibus L. Brutus patriam liberavit ; » nonnullis interjectis, hæc adjicit : « Quin etiam arbitror propter Pythagoreorum admirationem, Numam quoque regem, Pythagoreum a posterioribus existimatum : nam cum Pythagoræ disciplinam et instituta cognoscerent, regisque ejus æquitatem et sapientiam a majoribus suis accepissent, ætates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret, Pythagoræ auditorem fuisse crediderunt. » Dionysius *Halicarnassensis Antiq. Roman.* lib. ii : Πολλοὶ μὲν οἱ γράψαντες, ὅτι Πυθαγόρου μαθητῆς ὁ Νουμάς ἐγένετο, καὶ καθ' ὃν χρόνον ὑπὸ τῆς Ῥωμαίων πόλεως ἀπεδείχθη βασιλεὺς, φιλοσοφῶν ἐν Κρότωνι διήγεν. Ὁ δὲ χρόνος τῆς Πυθαγόρου ἡλικίας μάχεται, etc. « Multi scribunt Numam fuisse Pythagoræ discipulum : et quo tempore ad regnum Romanum vocatus est, apud Crotonem egisse, ac philosophiæ operam dedisse. Quod quidem ratio temporum non patitur : quando non paucis annis, sed totis qua-

A autem animam existimat eam esse faciem, quæ apparet in luna. Et hæc quidem de Sibylla. Numa autem, rex Romanorum, erat quidem Pythagoreus ; ex iis autem quæ a Moyse tradita sunt, adjunctus, prohibuit Romanis, ne homini aut animali similem Dei facerent imaginem. Cum itaque centum et septuaginta primis annis templa ædificarent, nullam imaginem nec effictam nec æpiciam fecere. Occulte enim eis indicarat Numa, quod id, quod est optimum, non alia ratione quam sola mente ulli licet attingere. Philosophia ergo, res quædam valde utilis, olim quidem floruit apud barbaros, per gentes resplendens : postea autem venit etiam ad Græcos. Ei autem præfuerunt et Ægyptiorum prophætæ, et Assyriorum Chaldæi, et B Gallorum Druidæ, et Samanæi Bactrorum, et Celtarum ii qui philosophati sunt, et Persarum Magi, qui quidem Servatoris quoque nostri ortum significaverunt, stella eos præcedente venientes in Judæam : et Indorum Gymnosophistæ, et alii philosophi barbari. Est autem duplex horum genus : alii enim ex iis vocantur Sarmatæ, alii vero Brachmanes. Et ex Sarmatis quidem, ii, qui appellantur Allobii,

tuor ætatibus Pythagoras fuit Numa posterior, sicut e communibus historiarum monumentis comperimus. Nam hic circa medium sextæ decimæ Olympiadis, Romæ regnum inivit : Pythagoras vero, post quinquagesimam demum Olympiadem docuit in Italia. Quin et validius argumentum habeo, tempora non congruere cum iis, quæ de isto viro narrantur, historiis, quia nondum erat Crotoniatarum urbs, quando Numa Romam ad regnum accitus est. Integro enim quadriennio post assumptum a Numa principatum, Myscelus eam condidit, decimæ septimæ Olympiadis anno tertio. » Paulo post, « Quod si, » inquit, « licet meam opinionem proferre, videntur mihi qui hæc scripserunt, occasionem sumpsisse duabus ex rebus confessis, Pythagoræ commemoratione in Italia, sapientia Numæ uno omnium ore celebrata ; atque ita hæc contexuisse, et Numam fecisse Pythagoræ discipulum, non exquirentes, ut ego nunc, an eodem vixerint tempore. »

(24) Ἐπικρύψεως. Ἀποκρύψεως, Euseb. *Mox*, δυνατὸν γλώττῃ (γλώσση codex Joann.) μόνῳ δὲ τῷ νῷ. Ibid.

(25) Ὅς οὐκ ἐφ. De simulacris a Numa vetitis, meminit etiam Plutarchus in Numa : ejus hæc quoque ibidem verba sunt. H. SYLBERG. — Item quod Numæ tempore « nec simulacris, nec templis res divina constaret, » refert Tertullianus *Apol.* cap. 25 et *Ad Nation.* lib. ii sub finem.

(26) Χαλδαῖοι. Hesychius, Χαλδαῖοι, γένος μάγων πάντα γνωσκόντων.

(27) Σαμαναῖοι. Cyrillus, lib. iv *Contra Julian.* : Καὶ Γαλατῶν οἱ Δρυῖδαι, καὶ ἐκ Βάκτρων τῶν Περσικῶν Σαμαναῖοι, καὶ Κελτῶν οὐκ ὀλίγοι. « Et Gallorum druidæ, et ex Bactris Persicis samanæi, et e Celtis non pauci. » Quæ quidem, ut alia etiam non pauca, « Clemente transtulit.

(28) Οἱ μὲν γε. Magos ex Arabia profectos, refert Justinus M. *Dialogo cum Tryphone* : Ἄμα τῷ γεννηθῆναι αὐτὸν, Μάγοι ἀπὸ τῆς Ἀραβίας παραγεγνημένοι, προσεκύνησαν αὐτῷ. « Simul ac in lucem edebatur, magi, ex Arabia profecti, illum adoravere. » Hunc sequuntur Tertullianus et Epiphanius. Alii e Media, Parthia, Chaldæa, Mesopotamia venisse hos magos existimant. Conf. Montautius *Originum ecclesiasticarum* part. i, p. 206 seq.

(29) Σαρμάναι. Hi ab aliis Samanæi dicuntur,

neque urbes habitant, nec domus aut tecta habent : arborum autem induuntur corticibus, et glandes arborumque baccas comedunt, et aquam bibunt manibus; non nuptias, non liberorum norunt procreationem, quemadmodum ii, qui nunc vocantur Encratitæ, id est, « continentes. » Sunt autem etiam ex Indis, qui Buttæ parent præceptis, quem propter insignem virtutem ut deum honorarunt. Scythia autem erat etiam Anacharsis, qui scribitur Græcorum multis antecelluisse philosophis. Hellenicus autem scribit Hyperboreos habitasse ultra Riphæos montes, doceri autem ipsos justitiam, non vescentes ✕ carnibus, sed arborum fructibus. li sexagenarios extra portas ducentes, tollunt de medio. Sunt autem etiam apud Germanos sacræ, quæ vocantur, mulieres, quæ fluviorum vortices prospicientes, fluentorumque sonitus ac circumvolutiones, futura conjiciunt et prædicunt. Eæ non permiserunt, ut ipsi cum Cæsare pugnarent antequam nova luna illuxisset. His omnibus Judæum genus est longe antiquius, et eam, quæ apud ipsos scriptis mandata

✕ P. 360 ED. POTTER, 305-306 ED. PARIS.

Origenes *Contra Celsum*, lib. 1, p. 19 : Αἰγυπτίων οἱ σοφοί, ἢ τῶν παρὰ Πέρσαις μάγων οἱ λόγοι, ἢ τῶν παρ' Ἰνδῶν φιλοσοφούντων Βραχμᾶνες, ἢ Σαμαναῖοι, καὶ οὕτω καθ' ἕνασπον τῶν ἐθνῶν. « Ægyptiorum sapientes, aut Persarum magi doctiores, aut Indicorum philosophorum brachmanes, vel Samanæi, atque ita singularum gentium. » Porphyrius lib. iv *De abstinentiâ* : Ἰνδῶν γὰρ τῆς πολιτείας εἰς πολλὰ νενεμημένης, ἔστι τι γένος παρ' αὐτοῖς τῶν θεοσόφων, οὗς γυμνοσοφιστὰς καλεῖν εἰθώσιν Ἕλληνας. Τούτων δὲ δύο αἰρέσεις· ὧν τῆς μὲν Βραχμᾶνες προΐστανται, τῆς δὲ Σαμαναῖοι. « Indorum politia in plures partes cum sit distributa, est apud eos quoddam sacrarum sapientum genus, quos Græci gymnosophistas appellare consueverunt. Horum autem duæ sunt sectæ, quarum uni Brachmanes, alteri vero Samanæi præpositi sunt. »

(50) Ἀλλόθιοι. Ὑλόθιοι, Silvicolæ, scribendum putavit Montacutius, *Originum eccles.* part. 1, pag. 171, ubi allatis Clementis nostri verbis, hæc addit : « Locus est insignis scriptoris πολυμαθεστάτου, quem intactum non possum præterire. Strabo imprimis, e Megasthenis *Indicis*, philosophorum apud Indos distinctionem facit triplicem, vel duplicem saltem, ut essent vel « Campestris, » vel « Montani : » quorum alteri Bacchum, Herculem imprimis colebant alteri. Secundo, dividebantur in brachmanas et germanas. Postremo in brachmanas et bramnas, vel pramnas. Vocat autem germanas, non alios, quam quos sarmanas appellat Clemens. Instituta τῶν Ὑλόθιων, vel « Silvestrium, » ac « Montanorum, » erant, quæ describit idem Strabo : Τοὺς μὲν ἐντιμωτάτους Ὑλόθιους (et ita legendum apud Clementem, non ἀλλοθίους, quod doctissimus et diligentissimus Sylburgius non animadvertit) φησὶν ὀνομάζεσθαι ζῶντας ἐν ταῖς ὕλαις ἀπὸ φύλλων καὶ καρπῶν ἀγρίων· ἐσθῆτος δὲ φύλλων δένδρων, ἀφροδισίων χωρὶς καὶ οἴνου. Narrat autem, istorum præcipuos et colendissimos « Hylobios » nominari: quippe qui in silvis viverent, victitantes foliis et fructibus agrestibus, pro vestitu arborum corticibus utebantur, vino et venere abstinebant. Ascetarum et Scieragogarum vitam ita exercebant : quibus eos procul dubio Clemens eruditus ille adsimilasset, et non Encratitis, si ulli tum Ascetæ existissent. » De Brachmanum abstinentia conf. quæ infra dicit Clemens, *Strom.* iii, p. 451.

(51) Φλοιοῖς. H. ms., φλοιοῦς, accusat. casu. SYLB.

(52) Βούττα. Βούττα, uno τ, H. ms. SYLBURG.—

Α μνοι. Καὶ τῶν Σαρμάνων οἱ Ἀλλόθιοι (50) προσγορευόμενοι, οὕτε πόλεις οἰκοῦσιν, οὕτε στέγας ἔχουσι· δένδρων δὲ ἀμφιέννουνται φύλοις (51), καὶ ἀκροδύρα σιτοῦνται, καὶ ὕδωρ ταῖς χερσὶ πίνουσι. Οὐ γάμον, οὐ παιδοποιῶν ἴσασιν, ὡσπερ οἱ νῦν Ἐγκρατητὰ καλούμενοι. Εἰσὶ δὲ τῶν Ἰνδῶν οἱ τοῖς Βούττα (52) πειθόμενοι παραγγέλμασιν, ὃν δι' ὑπερβολὴν σεμνότητος εἰς θεὸν (53) τετιμήκασι. Σκό· δὲ καὶ Ἀνάχαρσις ἦν· καὶ πολλῶν παρ' Ἕλλησι διαφέρων οὗτος ἀναγράφεται φιλοσόφων. Τοὺς δὲ Ὑπερβορέους Ἕλλάνικος ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ἔρη οἰκεῖν ἱστορεῖ· διδάσκεισθαι (54) δὲ αὐτοὺς δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγούντας, ἀλλ' ἀκροδύροις χρωμένους. Τοὺς ἐξηκονταετείς (55) οὗτοι ἐξω πολῶν ἀγοντας, ἀφανίζουσι. Εἰσὶ δὲ καὶ παρὰ Γερμανοῖς (56) αἱ ἱερὰ καλούμεναι γυναῖκες, αἱ ποταμῶν δῖναις προσβλέπουσαι (57), καὶ θευμάτων ἐλιγμοῖς καὶ φόφοις, τεκμαίρονται καὶ προθεσπίζουσι τὰ μέλλοντα. Αὗται γοῦν οὐκ εἶσαν αὐτοῖς τὴν μάχην θέσθαι πρὸς Καίσαρα πρὶν ἐπιλάμψαι σελήνην τὴν νέαν. Τούτων ἀπάντων πρεσβύτατον μακρῶ τὸ Ἰουδαῖον (58) γένος·

Idem hic, quem alii Buddam, et mendose Bubdam vocant. Ratramnus *De nativitate Christi* cap. 5 : « An certe Bragmanorum sequemur opinionem, ut quemadmodum illi sectæ suæ auctorem Buddam per virginis latus narrant exortum, ita nos Christum fuisse prædicemus? »

(53) Εἰς θεόν. Seu potius ὡς θεόν.

(54) Διδάσκεισθαι. Quamvis tolerari possit hæc vox, malim tamen ἀσκεῖν, quod habet Theodoretus *De curand. Græc. affect.* lib. xii, pag. 670, ubi a Clemente doctus, hæc dicit : Καὶ γὰρ Ἕλλάνικος ἐν ταῖς ἱστορίαις ἔρη, τοὺς Ὑπερβορέους οἰκεῖν μὲν ὑπὲρ τὰ Ῥίπαια ἔρη, ἀσκεῖν δὲ δικαιοσύνην, μὴ κρεωφαγούντας, ἀλλὰ ἀκροδύροις χρωμένους. « Hellenicus in historiis refert, Hyperboreos habitare quidem ultra Riphæos montes, exercere autem justitiam, non vescentes carnibus, sed arborum fructibus. »

(55) Τοὺς ἐξηκονταετείς. Similia de Massagetis refert Herodotus sub finem lib. 1, et de Sardoniis Tzetzes in *Lycophronis* vers. 796.

(56) Γερμανοῖς. Id memorat Caesar *De bello Gallico* lib. 1, cap. 1 : « Cum ex captivis quæreret Cæsar, quamobrem Ariovistus prælio non decertaret, hanc reperiebat causam : Quod apud Germanos ea consuetudo esset, ut matresfamilias sortibus et vaticinationibus declararent, utrum prælium committi ex usu esset, necne : eas ita dicere : Non esse fas Germanos superare, si ante novam lunam prælio contendissent. » Idem referunt Dio Cassius

D *Roman. hist.* lib. xxxviii extremo, Polyænus lib. viii, cap. 25; Julius Cæsar in *Vita Cæsaris*, et Plutarchus in *Cæsare* p. 712, quo loco, ut alias non semel, iisdem fere verbis, quibus Clemens noster, usus est : Ἐτι δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ἡμιδονε τὰ ματευματα τῶν ἱερῶν γυναικῶν, αἱ ποταμῶν δῖναις προσβλέπουσαι, καὶ θευμάτων ἐλιγμοῖς καὶ φόφοις τεκμαιρόμεναι, προθεσπίζον, οὐκ εἴωται μάχην τίθεσθαι πρὶν ἐπιλάμψαι νέαν σελήνην. « Magis adhuc Germanorum animos fregerunt vaticinationes sacrarum mulierum, quæ fluviorum vorticibus inspectis, et ex fluentorum circumvolutionibus et sonitibus conjicientes, futura prædicebant, non sinentes pugnam inire antequam nova luna exorta esset. »

(57) Προβλέπουσαι. Rectius προσβλέπουσαι. SYLB. — Quam emendationem firmant, quæ modo e Plutarcho allata sunt.

(58) Ἰουδαῖον. Judaicas antiquitates cæteris omnibus anteire, docuit etiam Fl. Josephus *Contra*

καὶ τὴν παρ' αὐτοῖς φιλοσοφίαν ἔγγραπτον γενομένην, προκατάρξαι τῆς παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφίας. διὰ πολλῶν ὁ Πυθαγόριος ὑποδείκνυσι Φίλων (39). Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἀριστόβουλος (40) ὁ Περιπατητικός, καὶ ἄλλοι πλείους, ἵνα μὴ κατ' ὄνομα ἐπιὼν διατρέβω. Φανερώτατα (41) δὲ Μεγαθῆνης ὁ συγγραφεὺς, ὁ Σαλεύκω τῷ Νικάτορι (42) συμβιβαστικῶς, ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Ἰνδικῶν ὡδε γράφει: « Ἀπαντα μὲν ταῦτά περὶ φύσεως εἰρημένα παρὰ τοῖς ἀρχαίοις λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω τῆς Ἑλλάδος φιλοσοφοῦσι: τὰ μὲν παρ' Ἰνδοῖς (43) ὑπὸ τῶν Βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλουμένων Ἰουδαίων. » Τινὲς δὲ μυθικώτερον τῶν Ἰδαίων (44) καλουμένων Δακτύλων σοφοὺς τινὰς πρώτους γενέσθαι λέγουσιν: εἰς οὓς ἤ τε τῶν Ἐφεσίων λεγομένων γραμμάτων (45), καὶ ἡ τῶν κατὰ μουσικὴν εὐρεσις ῥυθμῶν ἀναφέρεται. Δι' ἣν αἰτίαν οἱ παρὰ τοῖς μουσικοῖς δάκτυλοι τὴν προσηγορίαν εἰλήφασι. Φρύγες δὲ ἦσαν καὶ βάρβαροι οἱ Ἰδαῖοι Δάκτυλοι. Ἡρόδωρος δὲ τὸν Ἰερακλέα, μάντιν καὶ φυσικὸν γενόμενον, ἱστορεῖ παρὰ Ἀτλαντος τοῦ βαρβάρου τοῦ Φρυγῆς διαδέχεσθαι τοὺς τοῦ κόσμου κίονας (46): αἰνιττομένου τοῦ μύθου, τὴν τῶν οὐρανίων ἐπιστήμην μαθήσαι διαδέχεσθαι. Ὁ δὲ Βηρύσιος Ἑρμιππος Χαίρωνα τὸν κένταυρον σοφὸν καλεῖ, ἐφ' οὗ καὶ ὁ τὴν Τιτανομαχίαν (47) γράφας, φησὶν, ὡς « πρῶτος οὗτος (48) εἰς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγεν, δείξας ἕρκον καὶ θυσίας ἱερὰς, καὶ σχήματα Ὀλύμπου. »

✕ P. 561 ED. POTTER.

Apionem, Justinus Martyr *Parænesi ad Græcos*, et Eusebius *Præparatione evangelica*. H. SYLBERG.

(39) Ὁ Πυθαγόριος.... Φίλων. Sic Sozomenus *Hist. eccles.* lib. 1, cap. 12: Φίλων δὲ ὁ Πυθαγόριος. Ubi hæc adnotavit Valesius: « In codice Eusebiano scriptum est Πυθαγόριος. Atque ita semper in optimis exemplaribus hoc vocabulum scriptum inveni. ... Porro cur Sozomenus Philonem Pythagoræum nominaverit, nescio. Melius, meo quidem iudicio, Platonicum dixisset: siquidem de Philone ab antiquis dictum accepimus, Ἡ Φίλων πλατωνίζει, ἢ Πλάτων φιλονίζει, teste Hieronymo in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*. » Sed Pythagoram etiam sectatus est Philo. Unde τῶν Πυθαγορείων ἱερώτατον θίασον, « sanctissimum Pythagoreorum eorum, » vocat in principio lib. *Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον*.

(40) Ἀριστόβουλος. Ejus verba Clemens infra recitat p. 542 ed. Paris.

(41) Φανερώτατα. Hoc commation usque ad hæc verba καλουμένων Ἰουδαίων, Eusebius in sua *Præp. evang.* lib. viii, c. 6, p. 410 transtulit.

(42) Νικάτορι. Νικάνορι, Euseb. et Suidas, inquit Sylberg.

(43) Παρ' Ἰνδοῖς. Παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, Euseb., ubi mox ἐν Συρίᾳ, omisso τῇ articulo.

(44) Ἰδαίων. De Idæis Dactylis vise et Diodorum Siculum, pag. 145, et Plutarchi *Vitas*, p. 22. H. SYLBERG.

(45) Ἐφεσίων ἁ. γραμμάτων. De his Plutarchus *Sympos.* lib. vii, quæst. 5: Οἱ μάγοι τοὺς δαιμονιζομένους κελεύουσι τὰ Ἐφεσῖα γράμματα πρὸς αὐτοὺς καταλέγειν καὶ ὀνομάζειν. « Magi dæmoniis vexatos jubent ad se Ephesias litteras recensere et nominare. » Quales autem hæc litteræ fuerint, docet Clemens *Strom.* v, p. 568, ubi conf. quæ adnotata sunt.

(46) Κόσμον κίονας. Scilicet, « columnas, » in quibus, more antiquo, cœlestium corporum motus inscripserat. Hinc de Atlante cœlorum columnas

A est, philosophiam cœpisse ante Græcam, multis verbis **132** ostendit Philo Pythagoreus. Quinetiam Aristobulus quoque Peripateticus, et alii complures, ne in eis nominatim persequendis immerer. Apertissime autem scriptor Megasthenes, qui vixit cum Seleuco Nicator, scribit in tertio *Rerum Indicarum*: « Omnia quidem, quæ de natura dicta sunt a veteribus, dicuntur etiam ab iis, qui extra Græciam philosophantur, partim quidem apud Indos a Brachmanis, partim vero in Syria ab iis qui vocantur Judei. » Quidam autem fabulosius ex iis, qui Idæi appellantur Dactyli, sapientes quosdam primum fuisse dicunt, ad quos et Ephesiarum, quæ dicuntur, litterarum, et eorum, qui sunt in musica, numerorum refertur inventio. Propter quam causam sunt appellati, qui sunt apud musicos, dactyli. Phryges autem erant et barbari Idæi Dactyli. Herodorus autem refert Herculem, cum esset vates et naturalis scientiæ studiosus, ab Atlante barbaro Phryge mundi suscepisse columnas. Qua fabula innuitur, eum cœlestium scientiam ab illo didicisse. Hermippus autem Berytius vocat Chironem centaurum sapientem. De quo etiam dicit, qui scripsit *Titanomachiam*, quod « is primum universum ✕ mortalium genus ad justitiam duxit, indicatis jurisjurandi formulis, deorum lætis sacrificiis, et cœli figuris. » Ab eo instituitur Achilles, qui militavit ad Ilium. Hippo autem filia Centauri, Æolo conjuncta, docuit eum naturæ contemplatio-

humeris sustinente nata est fabula. Conf. quæ paulo superius de veterum στήλας adnotata sunt.

(47) *Τιτανομαχίαν*. Multi dicuntur hujus operis auctores. Athenæus ideo lib. vii citat *Titanomachiae* scriptorem lib. ii, sive is fuerit Eumelus Corinthius, sive Aretinus, sive alio quocunque nomine vocari gaudeat. COLLECT.

(48) Οὗτος. Hi versus hoc modo scribendi sunt:

. Οὗτος

Εἰς τε δικαιοσύνην θνητῶν γένος ἤγαγε, δείξας ὄρκον, καὶ θυσίας ἱερὰς, καὶ σχήματα Ὀλύμπου. Pro θυσίας ἱερὰς Heinsius scripsit θυσίας ἱερὰς, « sacrificia sacra. » Vocem ἱερὰς in sua versione omisit Hervetus interpres. Verum nil mutandum, vel omittendum. Intelligit enim sacrificia, quibus sperabant deos reddere ἱερῶς, « propitios. » Est enim ἱερῶς Hesychio ἱερός, ἱερός. Quinetiam ipsi deorum cultores sacrorum tempore ἱεροί, « hilares, » erant, genioque indulgebant, et hymnos cantabant; atque his artibus deos ἱερῶς et ἱερός faciebant. Quo spectant, quæ refert Athenæus lib. viii, cap. 16, pag. 565: Τὰς δὲ εὐωχίας ἐκάλουν οὐκ ἀπὸ τῆς ὀχῆς, ἢ ἐστὶ τροφή, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κατὰ ταῦτα εὐ ἔχειν, εἰς ἃς δὴ συνιόντες οἱ τὸ θεῖον τιμῶντες, καὶ εἰς εὐφροσύνην καὶ ἀνεσιν αὐτοὺς μεθιόντες, τὸ μὲν ποτὴν μέθυ, τὸν δὲ τοῦτο δωρησάμενον θεὸν Μεθυμναῖον, καὶ Λυαῖον, καὶ Εὐνίον, καὶ Ἰήϊον προσηγόρευον ὡσπερ καὶ τὸν μὴ σκυθρωπὸν καὶ σύννον ἱερῶν, διὸ καὶ τὸ δαιμόνιον ἱεῶν ἡξίστων γίνεσθαι ἐπιφρονούντας ἢ ἡ. Ὅθεν καὶ τὸν τάπον, ἐν ᾧ τοῦτο ἐπραττον, ἱερὸν ὀνόμαζον. Ὅτι δὲ τὸν αὐτὸν ἱεῶν καὶ ἱερῶν ἔλεγον, δηλοῖ Ἐφίππος, etc. « Εὐωχίας quidem, non ab ὀχῆ, quo vocabulo indicatur alimentum, nuncuparunt; sed ab εὐ ἔχειν, quod in iis bene se haberent. Nam ad epulas convenientes, primum deos venerabantur, deinde ad animi remissionem et hilaritatem sese traducebant, potum quidem μέθυ appellantes, ejusque largitorem deum Methymnaum, Lyæum, Euvium, Ieium: quemadmodum et ἱερῶν, minime tristem hominem,

nem, patris sui scientiam. De Hippone autem lo-
statur quoque sic Euripides:

οικήσασα Αἰδῶ, ἐδιδάξατο αὐτὸν τὴν φυσικὴν θεωρίαν, τὴν πατριὸν ἐπιστήμην. Μαρτυρεῖ καὶ Εὐρι-
πίδης περὶ τῆς Ἰπποῦς ὧδέ πως·

*Divina quæ primum quidem præ sagiit
Oraculis, nec non per ortus siderum.*

Apud hunc Æolum, Ulysses post Trojam captam
hospitio excipitur. Observa mihi tempora ad com-
parationem ætatis Moysis, et antiquissimæ, quæ
ejus tempore fuit, philosophiæ.

CAPUT XVI.

Præter philosophiam, aliarum etiam artium inventores fere barbaros fuisse.

Non solius autem philosophiæ, sed etiam omnium
fere artium fuere inventores barbari. Primi itaque
Ægyptii astrologiam ad homines deduxere. Simili-
ter autem etiam Chaldæi. Ægyptii rursus et lucer-
nas primi accendere docuerunt, et annum in men-
ses duodecim diviserunt, et in templis cum mulie-
ribus coire prohibuerunt, neque ad sacra ab uxore
illotis adeundum esse, lege sanxerunt. Et rursus
inventores fuere geometriæ. Sunt autem, qui dicunt
Cares eam, quæ ex astris colligitur, invenisse
præscientiam. Avium autem volatus primi Phryges
observarunt. Aruspiciam autem seu extispiciam
perfecte tenuerunt Tusci, vicini Italiæ. Isauri au-
tem et Arabes auguriis studuere, sicut Telmisenses
ei, quæ per somnia fit, divinationi. Etrusci tubam,
et Phryges tibiam excogitavere. Phryges enim erant

sed cum comitate gravem. Deum autem cum Ἰλειῶν,
propitium, sibi esse cuperent, ἰῆ ἰῆ acclamabant:
unde templum, in quo hæc faciebant, ἱερὸν voca-
bant. Quod vero Ἰλειῶν et ἱλαρὸν eodem sensu dice-
rent, ostendit Ephippus, etc. Hujusmodi sacrifici-
um est, quo Græci Homerici Apollinem iratum
placant, *Iliad. A.*

(49) Ἐπαντολῆς. Forte rectius ἐπαντολῆς, vel
Dorice ἐπαντολῆς, gen. casu. SYLBURG. — Sumpta
autem hæc sunt e quadam Euripidis tragœdia, quæ
jam non exstat.

(50) Βάρβαροι. Hinc de Celso Origenes lib. 1,
pag. 5, ait: Ἐξῆς βάρβαρόν φησιν ἀνωθεν εἶναι τὸ
δόγμα, δηλονότι τὸν Ἰουδαϊσμόν, οὗ Χριστιανισμὸς
ἤρτηται. Καὶ εὐγνώμως γε οὐκ ὀνειδίξει ἐπὶ τῇ ἀπὸ
βάρβαρων ἀρχῇ τῷ λόγῳ, ἐπαινῶν ὡς ἱκανοὺς εὐρεῖν
δόγματα τοῦ βάρβαρου. « Deinceps ait, sectam
hanc ab origine esse barbaram, nimirum Judais-
mum intelligens, cum quo Christianismus conjun-
ctus est. Et merito non vituperat originem barba-
ricam, quandoquidem in ipso sermonis initio laudat
barbaros, ut inventores dogmatum. » Tatianus idem
argumentum copiose tractavit principio *Orat. ad
Græcos*, quem Clemens fere κατὰ πόδας secutus est.
Ποῖον γὰρ ἐπιτήδευμα παρ' ἡμῶν τὴν σύστασιν οὐκ
ἀπὸ βάρβαρων ἐκτήσατο; « Quod enim, inquit, apud
vos studium, non a barbaris traxit originem? »
pag. 2. Deinde Telmissensibus tribuit τὴν δι' ὀνει-
ρων μαντικὴν, Caribus τὴν δι' ἀστέρων πρόγνωσιν,
Phrygibus et Isauris πτήσεις ὀρνίθων, reliqua ut
præteream, quæ apud ipsum legi possunt. Conf.
etiam Theodoretus *De curandis Græc. affect.* pag.
467. In quo opere a Clemente non pauca mutuatus
est.

(51) Αἰγύπτιοι. Hanc de rerum inventoribus pe-
ricopen, usque ad hæc verba, Ἕλληνας τὰ ἐπιτηδεύ-
ματα ὠφέληται, recitavit in suæ *Præparationis
evangel.* lib. x, cap. 6, Eusebius ῥήμασιν αὐταῖς, ut

A Παρὰ τοῦτω Ἀχιλλεὺς παιδεύεται, ὁ ἐπ' Ἴλιον στρα-
τεύσας. Ἰππὼ δὲ, ἡ θυγάτηρ τοῦ κενταύρου, συν-
τεύσας. Ἰππὼ δὲ, ἡ θυγάτηρ τοῦ κενταύρου, συν-
τεύσας.

Ἡ πρῶτα μὲν τὰ θεῖα προῦμαντεύσατο
Χρησμοῖσιν, ἢ δι' ἀστέρων ἐπαντολῆς (49).

Παρὰ τῷ Αἰδῶ τοῦτω Ὀδυσσεὺς μετὰ τὴν Ἰλίου
ἄλωσιν ξενίζεται. Παρατῆρει μοι τοὺς χρόνους εἰς
σύγκρισιν τῆς Μωσαίου ἡλικίας, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν
ἀρχαιστάτης φιλοσοφίας.

Οὐ μόνον δὲ φιλοσοφίας, ἀλλὰ καὶ πάσης σχεδὸν
τέχνης εὐρεταὶ βάρβαροι (50). Αἰγύπτιοι (51) γοῶν
πρῶτοι ἀστρολογίαν εἰς ἀνθρώπους ἐξήνεγκαν·
ὁμοίως δὲ καὶ Χαλδαῖοι. Αἰγύπτιοι λύχνους τε αὖ
καίειν πρῶτοι κατέδειξαν (52), καὶ τὸν ἐνιαυτὸν
εἰς δώδεκα μῆνας διεῖλον, καὶ ἐν ἱεροῖς μίσγεσθαι
γυναιξίν (53) ἐκώλυσαν, μηδ' εἰς ἱερὰ εἰσιέναι ἀπὸ γυ-
ναικὸς ἀλούτους ἐνομοθέτησαν. Γεωμετρίας τε αὖ εὐ-
ρεταὶ γέγονασιν (54). Εἰσὶν δὲ οἱ Κᾶρας τὴν δι' ἀστέρων
πρόγνωσιν ἐπινοήσαντες λέγουσιν. Πτήσεις δὲ ὀρνίθων
παρεφύλαξαντο (55) πρῶτοι Φρύγες. Καὶ Ουτικὴν
ἠκρίβωσαν Τοῦσκοι (56), Ἰταλίας γείτονες. Ἰσαυροὶ
δὲ καὶ Ἀραβες ἐξεπόνθησαν τὴν οἰωνιστικὴν (57), ὡς περ
Τελμισεῖς (58) τὴν δι' ὀνειρων μαντικὴν. Τυρρόηνοι (59)
σάλπιγγα ἐπένοησαν, καὶ Φρύγες αὐλὸν· Φρύγες
γὰρ ἦσθην Ὀλυμπός τε καὶ Μαρσύας. Κάδμος (60)

C ait ipse. Sunt tamen quæ omisit, quæque e suis
locis in aliena transtulit. Conf. *Recognitiones Cle-
mentis* lib. v, cap. 20, quæque ibi de rerum inven-
toribus e mss. Regiis collegit Cotelerius; et Plinius
lib. vii, cap. 56.

(52) Αἰγύπτιοι ... κατέδειξαν. Λύχνους τε αὖ (αὖ
abest a cod. Joan.) καίειν πρῶτοι κατέδειξαν Αἰγύ-
πτιοι, Euseb.

(53) Μίσγεσθαι γυναιξίν. Γυναιξὶ μίγνεσθαι,
Euseb. Dein, ἀπὸ γυναικῶν ἀλούτ. Ibid.

(54) Εὐρεταὶ γεγ. Εὐρεταὶ οἱ αὐτοὶ γεγ, Euseb.

(55) Παρεφύλαξαντο. Παρεφύλαξαν, Euseb.

(56) Τοῦσκοι. Hoc pro ὕσοι repositum ex Euse-
bio. SYLBURG.

(57) Ἐξεπόνθησαν τὴν οἰωνιστικὴν. Ἐξεποίη-
σαν τὴν ἰωνιστικὴν, cod. Joan. absque sensu.

(58) Ὡς περ Τ. Ὡς περ ἀμέλει Τ. Euseb.

(59) Τυρρόηνοί. Τυρρόηνοί δὲ Euseb. Τυρρόηνοί δὲ
cod. Joan. Athenæus lib. iv, cap. 25: Τυρρόηνῶν δὲ
ἔστιν εὐρημα κέρατά τε καὶ σάλπιγγες. « Tyrre-
norum inventum sunt cornua, et tubæ. »

(60) Κάδμος. Cadmum litteras primum in Græ-
ciam intulisse, tradit etiam Herodotus lib. v, pag.
(16) Οὐχὶ μὴ κωλύσον, ἀλλὰ προτρέπον. Lowthius scribendum admonuit, οὐχὶ μὴ προτρέπον, ἀλλὰ κωλύσον· et delenda sequentia, εἰ καὶ μὴ προέτρειπεν. Quoad vero hoc postremum, εἰ assentiri haud possum. Sensus enim est, « Dæmonium Socrati causam agendi fuisse, non eum hortando, sed prohibendo, etiam tum, cum non hortaretur. » Vult enim auctor ostendere non solum eum, qui hortatur; sed etiam eum, qui prohibet, etiamsi non hortetur, vere causam esse. Porro Socrates apud Platonem refert, dæmonium, quod sibi assistebat, prohibere solitum, non vero hortari, *Theag.* pag. 95: « Ἔστι γὰρ τι θεία μοῖρα παρεπόμενον ἐμοί, ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον δαιμόνιον. Ἔστι δὲ τοῦτο φωνή, ἣ ὅταν γένηται, αἰεὶ μοι σημαίνει ὃ ἂν μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπὴν προτρέπει δὲ οὐδέποτε. » Adest mihi divina quaedam sorte dæmonium quoddam, a puerilia me secutum: hoc autem vox est quaedam, quæ cum sit, semper ejus rei, quam facturum sum, dissuasionem innuit, hortatur vero nunquam. » Quæ infra recitat Clemens.

D p. 554. Similia apud Platonem occurrunt in *Socratis apolog.* p. 50.

(17) *Περὶ αὐτῷ.* Etiam accusativo casu legi potest *περὶ αὐτό.* SYLBERG.

(18) Ὑμῶν. Adest a Joan.

(19) Ἀληθῆ. Quod falsi prophetæ vera quaedam falsis miscuerint, notarunt etiam scriptor *Recognit.* lib. iv, c. 21, 22, et lib. viii, c. 60, pseudo-Ambrosius ad *I Thess.* v, 21, et pseudo-Chrysostomus ad *Matth.* vii, 21. Conf. Maimonides *De fundamentis legis*, cap. 10, n. 3.

(20) Ἄγγελος τῆς μετ. De hoc angelo conf. quæ adnotavit Cotelerius ad *Hermæ Past.* lib. ii, c. 1, p. 85 edit. Amstelod.

(21) *Τινὰ.* Hæc Latine exstant apud Hermam, *Pastor.* lib. ii, mand. 10, p. 97: « Quædam autem verba vera loquitur. Diabolus implet eum spiritu suo, ut dejiciat aliquem ex justis. » Ubi ῥῆξαι, quod Heiveto est « frangere, » melius explicatur « dejicere. » Est enim verbum athleticæ ac bellatoribus

Θεοῦ, κατὰ πρόγνωσιν (22) τῶν αἰώνων, ἣν ἐποίη-
σεν ἐν Χριστῷ· ἐ τῷ Θεῷ δὲ οὐδὲν ἀντίκειται, οὐδὲ
ἐναντιοῦται τι αὐτῷ, Κυρίῳ καὶ παντοκράτορι ὄντι.
Ἄλλὰ καὶ αἱ τῶν ἀποστατησάντων (23) βουλαί τε καὶ
ἐνέργειαι, μερικαὶ οὔσαι, γίνονται μὲν ἐκ φαύλης
διαθέσεως, καθάπερ καὶ αἱ νόσοι αἱ σωματικαί· κυ-
βερνώνται δὲ ὑπὸ τῆς καθόλου προνοίας ἐπὶ τέλος
ὑγιεινόν, κἄν νοσοποιὸς ἦ ἡ αἰτία. Μέγιστον γοῦν
τῆς θείας προνοίας, τὸ μὴ ἔασαι τὴν ἐξ ἀποστάσεως
ἐκουσίῳ φρεῖσαν κακίαν ἄχρηστον καὶ ἀνωφελεῖ μέ-
νειν, μηδὲ μὴν κατὰ πάντα βλαβεράν αὐτὴν γενέσθαι·
τῆς γὰρ θείας σοφίας, καὶ ἀρετῆς, καὶ δυνάμεως
ἔργον ἐστὶν οὐ μόνον τὸ ἀγαθοποιεῖν (φύσις γάρ, ὡς
εἶπεν, αὐτὴ τοῦ Θεοῦ, ὡς τοῦ πυρὸς τὸ θερμαίνειν,
καὶ τοῦ φωτὸς τὸ φωτίζειν)· ἀλλὰ καὶ κείνο μάλιστα,
τὸ διὰ κακῶν τῶν ἐπινοηθέντων πρὸς τινῶν, ἀγαθόν
τι καὶ χρηστὸν τέλος ἀποτελεῖν, καὶ ὠφελίμως τοῖς
δοκοῦσι φαύλοις χρῆσθαι, καθάπερ καὶ τῆ ἐκ πει-
ρασμοῦ μαρτυρίῳ. Ἔστιν οὖν κἄν φιλοσοφία τῆ κλα-
πίση, καθάπερ ὑπὸ Προμηθέως, πῦρ ὀλίγον εἰς φῶς
ἐπιτήδειον χρησίμως ζωपुरούμενον, ἔχνος τι σοφίας
καὶ κινήσις παρὰ Θεοῦ. Ταῦτα (24) δ' ἂν εἶεν « κλέ-
πται καὶ λησταὶ » οἱ παρ' Ἑλλησι φιλόσοφοι, καὶ πρὸ
τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας παρὰ τῶν Ἑβραϊκῶν προ-
φητῶν μέρη τῆς ἀληθείας οὐ κατ' ἐπίγνωσιν λαβόντες,
ἀλλ' ὡς ἴδια σφετερισάμενοι δόγματα· καὶ τὰ μὲν
παραχαράξαντες, τὰ δὲ ὑπὸ περιεργίας ἀμαθῶς σο-
φισάμενοι, τὰ δὲ καὶ ἐξευρόντες· ἴσως γὰρ καὶ
« πνεῦμα αἰσθήσεως (25) » ἐσχήκασιν. Ὁμολόγησε
δὲ καὶ Ἀριστοτέλης τῆ Γραφῆ, κλεπτικὴν σοφίας
τὴν σοφιστικὴν εἰπὼν, ὡς προεμηνύσαμεν. Ὁ δὲ
Ἀπόστολος « Ἄ καὶ λαλοῦμεν, λέγει, οὐκ ἐν διδα-
κτοῖς ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις, ἀλλ' ἐν διδακτοῖς
πνεύματος. » Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν προφητῶν « Πάντες,
φησὶν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἐλάβομεν » δηλονό-
τι τοῦ Χριστοῦ. Ὅστε οὐ κλέπται οἱ προφήται.
[« Καὶ ἡ διδασχὴ ἡ ἐμὴ (26), οὐκ ἐστὶν ἐμὴ, ὁ Κύριος
λέγει, ἀλλὰ τοῦ πέμφαντός με Πατρὸς » ἐπὶ δὲ τῶν
κλεπτόντων, « Ὁ δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ, φησὶ, λαλῶν τὴν δό-
ξαν τὴν ἰδίαν ζητεῖ. » Τοιοῦτοι δὲ οἱ Ἕλληνες,
φιλαυτοὶ καὶ ἀλαζόνες. » Σοφοὺς δὲ αὐτοὺς λέγουσα
ἡ Γραφή, οὐ τοὺς ὄντως σοφοὺς διαβάλλει, ἀλλὰ τοὺς
δοκῆσαι σοφοὺς.]

phetabant in « exstasi, » ut « apostatae, » ejus, in-
quam, qui defecerat, ministri. Dicit autem Pastor
quoque, angelus poenitentiae, ad Hermetem, de
pseudopropheta : « Quaedam enim verba vera di-
cit : diabolus enim eum implet suo spiritu, si
quem possit ex justis frangere. » Omnia ergo cae-
litus in bonum dispensantur, « ut per Ecclesiam
innotescat multiplex ac varia Dei sapientia, secun-
dum saeculorum praescientiam, quam fecit in Chri-
sto ». Deo autem nihil adversatur, nec est
quidquam ei contrarium, ut qui sit Dominus et
omnipotens. Quinetiam eorum, qui defecerunt,
consilia et operationes, cum partem solum afficiant,
sunt quidem ex mala affectione, sicut morbi cor-
poris ; ab universali autem providentia diriguntur
ad finem salubrem, etiamsi causa sit morbi effi-
ciens. Est itaque maximum divinae providentiae
opus, quod non sinat, ut vitium, quod ex volun-
taria defectione ortum est, inconducibile maneat
et inutile, sed nec sit ubique et in omnibus noxium.
Divinae enim sapientiae, et virtutis, et potentiae est
officium, non solum benefacere (haec est enim, ut
ita dicam, Dei natura, ut ignis calefacere, et lucis
illuminare), sed illud quoque maxime, ut id, quod
per malos aliquos excogitatum est, ad bonum ali-
quem finem et utilem deducat, et commode iis,
quae videntur mala, utatur, sicut eo, quod ex ten-
tatione processit, testimonio. Est ergo etiam in
philosophia, quae furto surrepta, veluti a Prome-
theo, tanquam aliquantulum ignis, generando lu-
mini, si commode excitetur, aptum, et vestigium
aliquod sapientiae, et motio a Deo orta. In hoc
autem « latrones et fures » fuerint Graecorum
philosophi, quod cum ante Domini adventum a
prophetis **135** Hebraeis quasdam partes veritatis
sumpserint, id minime agnoscentes, sibi tanquam
propria dogmata attribuerunt, et alia quidem adul-
terarunt, alia autem, supervacanea quadam diligen-
tia imperite, ac sophistarum more interpolaverunt,
alia autem etiam invenerunt ; nec enim vero ab-
simile est, eos « sensus spiritum » habuisse. ✕ As-
sentitur autem Scripturae quoque Aristoteles, qui
dixit, sophisticam esse furem sapientiae, sicut ante

ostendimus. Apostolus autem : « Quae etiam loquimur, inquit, non in doctis humanae sapientiae
verbis, sed in doctrina spiritus ». De prophetis enim : « Omnes, inquit, de plenitudine ejus acce-
pimus », Christi scilicet. Quare non sunt fures prophetae. « Et doctrina mea, non est mea, inquit,
Dominus, sed ejus, qui misit me, Patris. » Et de furibus : « Qui autem ex seipso, inquit, loquitur,
gloriam propriam quaerit ». Tales autem sunt Graeci, « seipsos amantes, elati ». Sapientes au-
tem eos dicens Scriptura, non reprehendit eos qui sunt vere sapientes ; sed eos qui sibi videntur.

✕ P. 370 ED. POTTER, 315 ED. PARIS. ^a Ephes. III, 10, 11. ^b Exod. xxviii, 3. ^c I Cor.
ii, 15. ^d Joan. i, 16. ^e Joan. vii, 16, 18. ^f II Tim. iii, 2.

notissimum, apud quos ῥήξει est καταβαλεῖν, ut
exp. Hesychius. Inde epitheta ῥήξιφρων, ῥήξιψυ-
χωρ, etc.

(22) Πρόγνωσιν. Πρόθεσιν, Ephes.

(23) Ἀποστατησάντων. H. ms., ἀποστησάντων·
sed verior vulg. lectio ; vel etiam brevius, ἀποστάν-
των. SYLBURG.

(24) Ταῦτα. Si vera est scriptura, subaudienda

praepositio κατὰ aut similis ; vel legendum ταύτη. Id.
(25) Πνεῦμα αἰσθήσεως. Respicere videtur Exod.
xxviii, 3. Πᾶσι τοῖς σοφοῖς διανοία, οὗς ἐνέπλησα
πνεῦμα αἰσθήσεως. Conf. quae superius dixit auctor
p. 281 edit. Paris.

(26) Ἡ διδ. ἡ ἐμὴ. Vulg. Bib. Joan. vii brevius,
ἡ ἐμὴ διδασχὴ. Ab iisdem abest etiam appositivum
πατρὸς. SYLBURG.

CAPUT XVIII.

Illustrat illud dictum Apostoli : « Perdam sapientiam sapientium. »

De his autem dicit : « Perdam sapientiam sapientium, et prudentiam prudentum abolebo. » Infert itaque Apostolus : « Ubi sapiens? ubi scriba? ubi inquisitor hujus sæculi? » nimirum a scribis, hujus sæculi inquisitores, philosophos ex gentibus, distinguens. « Nonne stultam fecit Deus mundi sapientiam? » quod perinde est, ac stultam ostendit, et non veram, ut illi eam esse putabant. Et si roges causam, cur sibi viderentur sapientes : « propter cæcitatem cordis ipsorum ^b, » inquit : « Quoniam in sapientia Dei, » ea nempe, quæ per prophetas est annuntiata, « non cognovit mundus per sapientiam, » quæ scilicet loquitur per prophetas, « ipsum, » scilicet Deum, « ipsi Deo visum est per prædicationem stultitiæ, » quæ Græcis scilicet videtur esse stultitia, « salvos facere credentes : Quoniam Judæi, inquit, signa petunt » ad fidem, « Græci autem quærunt sapientiam : » nempe orationes, quæ vocantur ἀναγκαστικά, hoc est, necessario concludentes, et alios scilicet syllogismos. « Nos autem prædicamus Jesum Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum ; » quod cum sciant prophetiam, non credant eventui : « Græcis autem stultitiam » ; fabulam enim esse existimant, qui sibi videntur sapientes, quod per hominem Filius Dei loquatur, et Deus habeat filium, et ille sit passus : quo fit, ut nimia sui existimatione præoccupati, credere nolint. Servatoris enim adventus, non stultos fecit, et duros corde, et infideles; sed prudentes, et aptos quibus persuadeatur, et præterea fideles. Veram, qui parere noluerunt, ab eorum, qui obedierunt, voluntaria adhesionem discedendo, ostensi sunt imprudentes, et infideles, et stulti. « Ipsi autem vocatis, Judæis et Græcis, Christus est Dei virtus, et Dei sapientia ^c. » Num ergo (quod est etiam melius) existimandum est esse negativum illud, « Οὐχὶ ἐμώρανεν Deus sapientiam mundi, » perinde ac οὐκ ἐμώρανεν, « non stultam fecit, » ne causa duritiei cordis a Deo eis facta videatur « qui stultam fecit sapientiam? » Omnino enim cum sapientes essent, majori culpæ fuere obnoxii, qui prædicationi non crediderunt : voluntaria enim est electio et delectus veritatis. Quinetiam illud : « Perdam sapientiam sapientium, » ejus, quæ contemnitur ac despicitur, barbaræ philosophiæ oppositione dicit illustrasse ; sicut etiam lucerna, quæ a sole illustratur, dicitur periisse, eo quod non sit paris ef-

Καὶ περὶ τούτων (27) φησὶν, « Ἀπολώ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἀθέτησω. » Ἐπιφέρει γοῦν ὁ Ἀπόστολος : « Ποῦ σοφός; ποῦ γραμματεὺς; ποῦ συζητητὴς τοῦ αἰῶνος τούτου; » πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν γραμματέων, τοὺς τοῦ αἰῶνος τούτου ζητητὰς, τοὺς ἐξ ἐθνῶν φιλοσόφους, τάξας. « Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου (28); » ἐπίσης τῶ, μωρὰν ἐδείξε, καὶ οὐκ ἀληθῆ, ὡς ᾔσονται. Κἂν πύθη τὴν αἰτίαν τῆς δοξασοφίας αὐτῶν, « διὰ τὴν πώρωσιν τῆς καρδίας αὐτῶν, » ἐραὶ « ἐπειδὴ ἐν τῇ σοφίᾳ τοῦ Θεοῦ, » τούτεστι διὰ τῶν προφητῶν κατηγγελέμενη, « οὐκ ἔγνω ὁ κόσμος διὰ τῆς σοφίας, » τῆς διὰ τῶν προφητῶν λαλοῦσης, αὐτῶν (29), « δηλονότι τὸν Θεόν, » εὐδόκησεν οὗτος (30) ὁ Θεὸς διὰ τοῦ κηρύγματος τῆς μωρίας, « τῆς δοκούσης Ἑλλήσιν εἶναι μωρίας, « σώσαι τοὺς πιστεύοντας: ἐπειδὴ Ἰουδαῖοι, φησὶ, σημεῖα αἰτοῦσι » πρὸς πίστιν: « Ἑλλήνες δὲ σοφίαν ζητοῦσι, » τοὺς ἀναγκαστικούς καλουμένους λόγους, καὶ τοὺς ἄλλους συλλογισμούς δηλονότι. « Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Ἰησοῦν (31) Χριστὸν ἐσταυρωμένον Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, » διὰ τὸ, εἰδότες τὴν προφητείαν, μὴ πιστεύειν τῇ ἐκβάσει, « Ἑλλήσι δὲ μωρίαν: » μυθῶδες γὰρ ἔγγουονται οἱ δοκησίσοφοι, διὰ τὸ ἀνθρώπου Υἱὸν Θεοῦ λαλεῖν, οἷόν τε ἔχειν τὸν Θεόν, καὶ δὴ καὶ πεπονθέναι τοῦτον: ὅθεν αὐτοῖς ἡ πρόληψις τῆς οἰήσεως ἀναπαύει ἀπιστεῖν. Ἡ γὰρ παρουσία τοῦ Σωτῆρος οὐ μωροῦς ἐποίησε καὶ σκληροκαρδίους, καὶ ἀπίστους, ἀλλὰ συνετοῦς καὶ εὐπειθεῖς, προσέτι πιστοῦς. Ἐδείχθησαν δὲ, ἐκ τῆς τῶν ὑπακουσάντων ἐκούσιου προσκλίσεως χωρισθέντες, οἱ μὴ ἐθελήσαντες πείθεσθαι ἀπόνετοί τε, καὶ ἀπίστοι, καὶ μωροί. « Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἑλλήσι, Χριστὸς Θεοῦ δύναμις ἐστίν, καὶ Θεοῦ σοφία: » Μὴ τι οὖν (ὅπερ καὶ ἄμεινον), ἀποφατικὴν ἔγηγτέον τὸ, « Οὐχὶ ἐμώρανεν ὁ Θεὸς τὴν σοφίαν τοῦ κόσμου, » ἐπίσης, « Οὐκ ἐμώρανεν, » ἵνα μὴ ἡ αἰτία τῆς σκληροκαρδίας αὐτοῖς παρὰ τοῦ Θεοῦ φαίνεται γενομένη, « τοῦ μωρῶνοντος τὴν σοφίαν; » Ἐν πᾶσι γὰρ, καίτοι σοφοὶ ὄντες, ἐν μείζονι αἰτία γέγονασι, μὴ πιστεύσαντες τῷ κηρύγματι: ἐκούσιος γὰρ ἢ τε αἵρεσις, ἢ τε τῆς ἀληθείας ἐκλογὴ. Ἀλλὰ καὶ τὸ, « Ἀπολώ τὴν σοφίαν τῶν σοφῶν, » τῇ τῆς καταφρονουμένης ὑπεροχωμένης (32) βαρβάρου φιλοσοφίας ἀντιπαραθέσει καταλάμψαι φησὶν ὡς καὶ ὁ λόγος, ὑπὸ τοῦ ἡλίου καταλαμπόμενος, ἀπολωλέναι λέγεται, τῷ μὴ τὴν ἴσῃν ἐκτελεῖν ἐνεργεῖαν. Πάντων τοίνυν ἀνθρώπων κεκλημένων, οἱ ὑπακοῦσαι βουληθέντες, « κλητοὶ (33) » ὠνομάσθησαν.

✠ P. 571 ED. POTTER, 514 ED. PARIS. ^a I Cor. i, 19, 20. ^b Ephes. iv, 18. ^c I Cor. i, 21-24.

(27) Καὶ περὶ τούτων. Forte καὶ ἐπὶ τούτων, « et de his, » ut paulo supra ἐπὶ τῶν προφητῶν, et ἐπὶ τῶν κλεπτόντων. Ἐπὶ autem in hoc loquendi genere magis convenire quam περὶ, liquet etiam ex aliis scriptoribus, præsertim Aristotele. SYLBERG.

(28) Τοῦ κόσμου. Vulg. Bib. I Cor. i, majori emphasi, τοῦ κόσμου τούτου. SYLBERG.

(29) Αὐτῶν. Θεόν, I Cor.

(30) Οὗτος. Abest a I Cor. Mox τῆς μωρίας τοῦ κηρύγματος. Ibid.

(31) Ἰησοῦν. Abest a vulg. Bib.

(32) Καταφρονουμένης ὑπεροχωμένης. Hic asyndeton est; quale supra notatum p. 126. SYLBERG.

(33) Κλητοί. I Cor. i, 24: Αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἑλλήσι, Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν.

Ὅτι γὰρ ἐστὶν ἀδικία (34) παρὰ τῷ Θεῷ. Ἀδικία ἐξ ἑκατέρου γένους οἱ πιστεύσαντες, οὗτοι « λαὸς περιούσιος (35). » Κὰν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων εὐροῖς ἂν κατὰ λέξιν, « Οἱ μὲν οὖν ἀποδεξάμενοι (36) τὸν λόγον αὐτοῦ ἐβαπτίσθησαν. » οἱ δὲ μὴ θελήσαντες πείθεσθαι ἑαυτοὺς ἀπέστησαν δηλαδὴ. Πρὸς τοὺτους ἡ προφητεία λέγει « Κὰν θέλῃτε, καὶ εἰσακούσῃτέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. » ἐφ' ἧμῖν κείμενα διελέγχουσα καὶ τὴν αἵρεσιν, καὶ τὴν ἐκτροπὴν. « Θεοῦ » δὲ εἶρηκεν ὁ Ἀπόστολος τὴν κατὰ τὸν Κύριον διδασκαλίαν « σοφίαν » ἵνα δείξῃ τὴν ἀληθῆ φιλοσοφίαν δι' Υἱοῦ παραδιδόμενῃν. Ἀλλὰ γὰρ καὶ ὁ δοκησίσοφος παραινέσεις ἔχει τινάς, τὰς παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ κελευούσας « ἐνδύσασθαι τὸν καινὸν ἄνθρωπον τὸν κατὰ Θεὸν κτισθέντα ἐν δικαιοσύνῃ καὶ ἁγιότητι τῆς ἀληθείας. Διὸ ἀποθέμενοι τὸ ψεῦδος, λαλεῖτε ἀλήθειαν. Μὴ δίδοτε τόπον τῷ διαβόλῳ. Ὁ κλέπτων μὴκέτι κλεπτέτω· μᾶλλον δὲ κοπιᾷτω, ἐργαζόμενος τὸ ἀγαθόν » (ἐργάζεσθαι δὲ ἐστὶ τὸ προσεκπονεῖν ζητοῦντα τὴν ἀλήθειαν· σὺν γὰρ τῇ λογικῇ εὐποιᾷ) « ἵνα ἔχητε (37) μεταδύναμι τῷ χρεῖαν ἔχοντι, » καὶ τῆς κοσμικῆς περιουσίας, καὶ τῆς θείας σοφίας. Βούλεται γὰρ ἐκδιδάσκεισθαι τὸν λόγον, καὶ εἰς τὰς τραπέζας (38) τὸ ἀργύριον βάλλεσθαι, δεδοκιμασμένον ἀκριβοῦς, εἰς τὸ ἐκδανείζεσθαι. Ὅθεν ἐπιφέρει « Λόγος σαπρὸς ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν μὴ ἐκπορευέσθω. » Σαπρὸς λόγος οὗτος, ὁ ἐξ οἰήσεως· « ἀλλ' εἴ τις ἀγαθὸς πρὸς οἰκοδομὴν τῆς χρείας, ἵνα δῶ χάριν τοῖς ἀκούουσιν. » Ἀγαθοῦ δ' ἂν ἀνάγκη Θεοῦ ἀγαθὸν τὸν λόγον. Πῶς δὲ οὐκ ἀγαθὸς ὁ σώζων;

A ficaciae. Cum ergo omnes homines vocentur, qui voluerunt obedire, nominati sunt « vocati. » Non est enim apud Deum injustitia. Jam vero qui ex utroque populo crediderunt, ii sunt « populus peculiaris. » Et in Actis apostolorum hoc his verbis inveneris : « Qui itaque verbum ejus susceperunt, baptizati sunt ^a. » Qui autem noluerunt parere, seipsos scilicet abalienaverunt. Ad eos dicit propheta : « Et si velitis, et me audieritis, bona terræ comedetis ^b : » in nobis situm esse arguens, ut eligamus, et declinemus. « Dei » autem « sapientiam » dixit Apostolus doctrinam quæ est ex Domino, ut veram philosophiam ostenderet tradi per Filium. Quinetiam qui sibi videtur sapiens, habet quasdam admonitiones, quæ jubent apud Apostolum « induere novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. Quamobrem deponentes mendacium, loquimini veritatem. Ne detis locum diabolo. Qui furabatur, non amplius furetur, sed potius labore, operans bonum » (operari autem est allaborare quærendo veritatem : nam conjunctum est illi, quæ sermone fit, beneficentiæ) « ut impertiri possitis ei qui opus habet, » et sæculares copias, et divinam sapientiam. Vult enim verbum doceri, et argentum mensis dari perfecte examinatum, ut detur fœnori. Unde infert : « Turpe verbum ex ore vestro non exeat. » Id autem turpe est quod procedit ex opinione, quam de se quis concipit : « sed si quod est bonum ad ædificationem utilitatis, ut det gratiam

CAPUT XIX.

Philosophos aliquam veritatis partem percepisse probat.

Ἐπεὶ οὖν μαρτυροῦνται ἀληθῆ τινα δογματίζειν καὶ Ἕλληνας, ἔξεστι κἀντεῦθεν σκοπεῖν. Ὁ Παῦλος ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων ἀναγράφεται λέγων πρὸς τοὺς Ἀρεοπαγίτας· « Δεισιδαιμονεστέρους ὑμᾶς θεωρῶ· διερχόμενος γὰρ καὶ ἱστορῶν (39) τὰ σεβάσματα ὑμῶν, εὐρον βωμὸν, ἐν ᾧ ἀνεγέγραπτο, Ἄγνωστο Θεῷ. Ὅν οὖν ἀγνοοῦντες εὐσεβεῖτε, τοῦτον ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ· οὗτος, οὐρανοῦ καὶ γῆς ὑπάρχων Κύριος, οὐκ ἐν χειροποιήτοις νααῖς κατοικεῖ· οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρωπίνων θεραπεύεται, προσδεόμενός τινος, αὐτὸς δούς (40) πᾶσι ζωὴν καὶ πνοήν, καὶ τὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς πᾶν γένος ἀνθρώπων, κατοικεῖν ἐπὶ παντὸς προσώπου

Quod itaque testimonio comprobetur, Græcos vera quædam habere dogmata, hinc quoque licet considerare. Scribitur in Actis apostolicis, Paulum hæc ✕ dicere ad Arcopagitas : « Superstitiosiores vos video. Præteriens enim, et videns simulacra vestra, inveni et aram, in qua scriptum erat, **136** *Ignoto Deo*. Quem ergo ignorantes colitis, eum vobis annuntio. Deus enim, qui fecit mundum, et omnia quæ in ipso sunt, hic cæli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec a manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam et inspirationem et omnia, fecitque ex uno omne genus hominum inhabitare super universam faciem terræ, definiens

✕ P. 572 ED. POTTER, 315 ED. PARIS. ^a Act. ii, 41. ^b Isa. i, 19. ^c Ephes. iv, 24, 25, 27, 28, 29.

(34) Ἀδικία. Respicit Rom. ix, 14 : Τί οὖν ἐροῦμεν; μὴ ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ; Μὴ γένοιτο.

(35) Λαὸς περιούσιος. Tit. ii, 14 : Καθαρίσῃ ἑαυτῷ λαὸν περιούσιον.

(36) Ἀποδεξάμενοι. Vulg. Bib. Act. apost. ii : Ἀσμένως ἀποδεξάμενοι. SYLBURG.

(37) Ἐχητε. Ἐχη, Ephes.

(38) Εἰς τὰς τραπέζας. Lowthius ait : « Videtur alludere ad dictum istud Servatoris a veteribus laudatum : Γίνεσθε δόκιμοι τραπέζιται. » De quo couk.

quæ postea dicentur extremo Strom. i, p. 354. Respicit vero hoc loco Clemens Christi verba, quæ refert Matthæus xxv, 27 : Ἐδεῖ οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπέζιταις· καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ.

(39) Ἱστορῶν. Ἀναθεωρῶν, Act. Mox ἐπαγέγραπτο pro ἀνεγέγραπτο. Ibid.

(40) Δούς. Διδούς, Act. Mox ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος ἄν. Deum, ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. Ibid.

statuta tempora et terminos habitationis eorum; ut quærant Deum, si forte attraherent aut inveniant, quamvis non longe sit ab unoquoque nostrum. In ipso enim vivimus, et movemur, et sumus; sicut et quidam vestrorum poetarum dixerunt:

Hujus namque genus sumus...^a

Ex quibus clarum est, quod etiam poeticis utens exemplis ex Arati *Phænomenis*, approbat quæ apud Græcos recte dicta sunt. Et per ignotum Deum, honorari quidem per circumlocutionem a Græcis opificem Deum significavit, ex agnitione autem oportere per Filium accipere et discere. « Misi ergo propterea te ad gentes, aperire, inquit, oculos eorum, ut convertantur a tenebris ad lucem, et a potestate Satanae ad Deum; ut ipsi accipiant remissionem peccatorum et hereditatem in iis, qui sunt fide sanctificati in me^b. » Si ergo sunt, qui aperiuntur, oculi caecorum: Patris per Filium agnitio, est circumlocutionis Græcæ comprehensio; et « converti a potestate Satanae, » est mutari a peccato, per quod introducta erat servitus. Nec tamen absolute omnem suscipimus philosophiam, sed illam, de qua apud Platonem quoque dicit Socrates: « Sunt enim, ut aiunt, qui in mysteriis versantur, thyrsigeri quidem multi, pauci vero Bacchi »: « multos quidem esse vocates, paucos autem electos^c, » innuens. Aperte itaque subjungit: « Hi autem, mea quidem sententia, non sunt alii, quam qui recte sunt philosophati: quorum quidem in numero ut essem, nihil in vita, quantum in me fuit, prætermisi, sed omnibus modis contendere. An vero recte contenderim, aliquidve profecerim, cum illuc pervenerimus, certi sciemus, si Deus voluerit, paulo post. » An non tibi videtur ex scripturis Hebraicis eam, quæ est post mortem, justi ex fide spem declarare? Et in *Demodoco*, si modo est opus

τῆς γῆς ὁρίτας προστεταγμένους καιρούς (41) καὶ τὰς ὁροθεσίας τῆς κατοικίας αὐτῶν, ζητεῖν τὸ Θεῖον, εἰ ἄρα ψηλαφήσειαν ἢ εὐροῖεν ἄν καίτοι οὐ μακρὰν ἀπὸ ἐνὸς ἐκάστου ἡμῶν ὑπάρχοντος· ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινούμεθα, καὶ ἐσμεν, ὡς καὶ τινες τῶν καθ' ὑμᾶς ποιητῶν εἰρήκασιν·

Τοῦ γὰρ (42) καὶ γένος ἐσμέν...

Ἐξ ὧν δῆλον, ὅτι, καὶ ποιητικοῖς χρώμενος παραδείγμασιν ἐκ τῶν Ἀράτου *Φαινομένων*, δοκιμάζει τὰ παρ' Ἑλλήσι καλῶς εἰρημένα· καὶ διὰ τοῦ ἀγνώστου Θεοῦ τιμᾶσθαι μὲν κατὰ περίφρασιν (43) πρὸς τῶν Ἑλλήνων τὸν δημιουργὸν Θεὸν ἤγινετο· κατ' ἐπίγνωσιν δὲ δεῖν δι' Υἱοῦ παραλαβεῖν τε καὶ μαθεῖν. « Ἀπέστειλα σὺν διὰ τοῦτό σε εἰς τὰ ἔθνη, ἀνοῖξαι, φησὶν, ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, τοῦ (44) ἐπιστρέψαι ἀπὸ σκοτεινῶν εἰς φῶς, καὶ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπὶ Θεόν, τοῦ λαβεῖν αὐτοὺς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, καὶ κληροῦν ἐν τοῖς ἡγιασμένοις πίστει τῇ εἰς ἐμέ. » Οὗτοι οὖν οἱ ἀνοιγόμενοι τυφλῶν ὀφθαλμοί· ἢ δι' Υἱοῦ ἐπίγνωσις ἐστὶ τοῦ Πατρὸς, ἢ τῆς περιφράσεως τῆς Ἑλληνικῆς κατάληψις· τὸ τε « ἀπὸ τῆς ἐξουσίας τοῦ Σατανᾶ ἐπιστρέψαι, » τὸ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἐστὶ μεταβάλλεσθαι, δι' ἣν ἡ δουλεία ἐγεγόνει. Οὐ μὴν ἀπλῶς πᾶσαν φιλοσοφίαν ἀποδεχόμεθα, ἀλλ' ἐκείνην περὶ ἧς καὶ ὁ παρὰ Πλάτωνι λέγει Σωκράτης· « Εἰσὶ γὰρ δὴ (45), ὡς φασί, περὶ τὰς τελευτὰς *Ναρθηκοφόροι* (46) μὲν πολλοὶ, Βάκχοι δὲ τε, παῦροι· » πολλοὺς μὲν τοὺς κλητοὺς, ὀλίγους δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς· αἰνιττόμενος. Ἐπιφέρει γοῦν σαφῶς· « Οὗτοι δὲ εἰσὶ, κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν, οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς· ὧν δὴ καὶ γὰρ, κατὰ γε τὸ (47) δυνατόν, οἰδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ, ἀλλὰ παντὶ πρόπῳ προθύμηθην γενέσθαι. Εἰ δὲ ὀρθῶς προθύμηθην, καὶ τι ἠγύσαμεν, ἐκεῖσε ἐλθόντες, τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, εἰάν Θεὸς θέλῃ, ὀλίγον ὕστερον. » Ἄρ' οὐ δοκεῖ σοι πίστεως ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν Γραφῶν τὴν μετὰ θάνατον ἐλπίδα τοῦ δικαίου σαφηνίζειν; καὶ τῷ *Δημοδόκῳ* (48)· (εἰ δὲ τοῦ Πλάτωνος τὸ σύγγραμμα)· « Μὴ δὲ ἡγοῦ (49)

^a P. 575 ED. POTTER, 516 ED. PARIS. ^b Act. xvii 22-28. ^c Act. xxvi, 47, 48. ^d Matth. xv, 46, xvii, 14.

(41) *Προστεταγμένους καιρούς*. Προτεταγμένους καιρούς, « præfinita, » seu « stata, tempora, » rectius in Act. Sylberg. Mox ζητεῖν τὸν Κύριον, εἰ ἄρα γε ψηλαφήσειαν αὐτὸν καὶ εὐροῖεν, καίτοι γε... D ὑπάρχοντα. Ibid.

(42) *Τοῦ γὰρ*. Ex Arati *Phænom.* vers. 5.

(43) *Περίφρασιν*. Flor. edit. περίφρασιν absque p et hic et infra p. 260, et tamen mox diserte τῆς περιφράσεως. Sylberg. *Ström.* vi, p. 65^b edit. Paris., p. 260 edit. Sylburg. hæc dicit: Οὐ κατ' ἐπίγνωσιν ἴσασιν τὸν Θεόν, ἀλλὰ κατὰ περίφρασιν. Ἑλλήνων οἱ δοκιμώτατοι. Ubi Joannes Clericus *Epistolarum critic.* prima p. 26 docet, legendum esse παράφρασιν, « palpationem, » ut sensus sit, eos Deum cognovisse « non cognitione clara, sed palpatione. » Est enim παραφᾶσαι apud Hippocratem « manu immessa explorare vel tractare. » Hinc et secretos uteri locos παραφρασίας vocari, refert Galen. in *Gloss.*

(44) *Τοῦ*. Καί, Act., ubi mox ἐπὶ τὸν Θεόν.

(45) *Εἰσὶ γὰρ δὴ*. Rectius apud Platonem, ejus in *Phædon.* p. 52 hæc exstant: Εἰσὶ γὰρ δὴ (φασὶν οἱ περὶ τὰς τελευτὰς) *Ναρθηκ.* Mox δὲ γε π. pro δὲ τε π. Ibid.

(46) *Ναρθηκοφόροι*. Proverbialis ille versus legitur etiam infra p. 256. Sylberg.

(47) *Ὡν δὴ καὶ γὰρ κατὰ γε τὸ*. Ὡν δὴ καὶ ἐγώ γε κατὰ τὸ apud Platonem. Mox προθύμηθην pro προθύμηθην, et ἐθέλη pro θέλη. Ibid.

(48) *Δημοδόκῳ*. Non in *Demodoco* hic locus exstat, sed in *Εραστῶν*, Basil. edit. pag. 257, ut vel Clemens memoria lapsus sit, vel a librariis facta corruptela, vel duo a Platone hoc titulo scripti dialogi. A. *Demodocum* autem inter nothos ponit etiam Diogenes Laertius p. 122. H. Sylberg.

(49) *Μὴ δὲ ἡγοῦ*. Hæc in Platonis *Amatoribus* pag. 99, sic se habent: Ἀλλὰ μὴ οὐχ οὕτως, ὡ φίλε, ἔχωσι, μηδ' ἢ τοῦτο φιλοσοφεῖν περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακέναι, οὐδὲ πολυπραγμενῶντα, κοπιᾶζόντα ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι· ἐπεὶ γε ὄμην καὶ ὄνειδος εἶναι τοῦτο, καὶ βαναύσους καλεῖσθαι τοὺς περὶ τὰς τέχνας ἐσπουδακότες. « Verum non ita se habet, o amice; nec philosophari, circa artes studiose versari est, nec multis negotiis incumbere, nec multa perdiscere, sed aliud quiddam; siquidem existimo, et turpe hoc esse, et mechanicos rectius appellari, qui artibus incumbunt. »

τὸ φιλοσοφεῖν λέγειν περὶ τῆς τέχνης κοπτάζοντα
 ζῆν, οὐδὲ πολυμαθοῦντα, ἀλλὰ ἄλλο τι· ἐπεὶ ἐγωγε
 ὄμην καὶ ὄνειδος εἶναι. » Ἦδαι γὰρ, οἶμαι, « ὡς
 ἄρα (50) ἤδη πολυμαθῆ νόον ἔχει· ὃ διδάσκει· καὶ
 Ἡράκλειτον. Ἐν τε τῷ εἴ τῆς Πολιτείας· « Τοῦ-
 τους (51) οὖν πάντας, φησὶ, καὶ ἄλλους τοιούτων
 τινῶν μαθηματικούς, καὶ τῶν τεχνυδρίων (52),
 φιλοσόφους θήσομεν; Οὐδαμῶς, εἶπεν (53), ἀλλ'
 ὁμοίους μὲν φιλοσόφους. Τοὺς δ' ἀληθινούς, ἔφη, τί-
 νας λέγεις; Τοὺς τῆς ἀληθείας, ἦν δ' ἐγώ, φιλοθεά-
 μονας. » Οὐ γὰρ ἐν γεωμετρίας (54), αἰτήματα καὶ
 ὑποθέσεις ἐγούσῃ, φιλοσοφία· οὐδ' ἐν μουσικῇ, στο-
 χαστικῇ γε οὖσῃ· οὐδ' ἐν ἀστρονομίᾳ, φυσικῶν,
 καὶ βεάντων, καὶ εἰκότων βεβυσμένη λόγων· ἀλλ' αὐ-
 τοῦ ἀγαθοῦ δι' ἐπιστήμης (55) καὶ τῆς ἀληθείας, ἐτέ-
 ρων μὲν ὄντων τὰγαθοῦ ὁδῶν (56)· ὡσπερ δὲ ἐπὶ τὰ-
 γαθόν. Ἄστ' οὐδ' αὐτὸς τὴν « ἐγκύκλιον » παι-
 δεῖαν (57) συντελεῖν πρὸς τὰγαθὸν διδῶσιν, συνεργεῖν
 δὲ πρὸς τὸ διεγείρειν καὶ συγγυμνάζειν πρὸς τὰ
 νοητὰ τὴν ψυχὴν. Εἴτ' οὖν κατὰ περίπτωσιν φασιν
 ἀποφθέγγεσθαι τινα τῆς ἀληθοῦς φιλοσοφίας τοὺς
 Ἕλληνας, θείας οἰκονομίας ἢ περιπτώσεις· οὐ
 γὰρ ταυτόματον ἐκθειάσει τις διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς
 φιλοτιμίαν· εἴτε κατὰ συντυχίαν, οὐκ ἀπρονοή-
 τας ἢ συντυχία· εἴτ' αὐ φυσικὴν ἐννοιαν ἐσχηκέναι
 τοὺς Ἕλληνας λέγει, τὸν τῆς φύσεως δημιουργὸν ἔνα
 γινώσκωμεν· καθὼ καὶ τὴν δικαιοσύνην φυσικὴν εἰρή-
 καμεν· εἴτε μὴν κοινὸν ἐσχηκέναι νοῦν, τίς ὁ τοῦτου
 πατήρ, καὶ τίς κατὰ τὴν τοῦ νοῦ διανομήν δικαιο-
 σύνη, σκοπήσωμεν. Ἄν γὰρ « προαναφώνησιν » τις
 εἴπῃ, καὶ « συνεκφώνησιν » αἰτιάσηται, προφητείας
 εἶδη λέγει. Καὶ μὴν κατ' ἔμφασιν ἀληθείας ἄλλοι
 θέλουσιν εἰρησθαι τινα τοῖς φιλοσόφοις. Ὁ μὲν οὖν
 θεσπέσιος Ἀπόστολος ἐφ' ἡμῶν γράφει· « Βλέπομεν
 γὰρ νῦν ὡς δι' ἐσόπτρου (58), » κατ' ἀνάγκασιν ἐπ'
 αὐτοῦ ἑαυτοὺς γινώσκοντες, κατὰ τοῦ ἐν ἡμῖν θεοῦ
 τὸ παιρητικὸν αἴτιον, ὡς οἶδόν τε, συνθεωροῦντες.

✕ P. 574 ED. POTTER, 516 ED. PARIS.

(50) Ὡς ἄρα. H. ms., ὡς ἄρα πολυμάθεια νόον
 ἔχει. SYLBURG. — Secundum Menagium, loco jam
 dicto, scribendum : ὡς ἄρα ἢ πολυμάθεια νόον οὐχ
 διδάσκει « quod multarum rerum scientia mentem
 non docet. » Malim vero, ὡς ἄρα ἤδη πολυμαθῆ νόον
 ἔχειν, οὐ διδάσκει· « Quod multarum rerum peritam
 habere mentem, non docet. » Nam hoc propius ad
 verba Clementis accedit : et eo modo Heracliti
 dictum protulit Athenæus sub finem lib'i xiii :

Πολυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον οὐδέν,
 Ἰππων ἔφη ὁ ἄθεος· ἀλλὰ καὶ Ἡράκλειτος ὁ θεός
 φησι, πολυμαθῆ νόον ἔχειν, οὐ διδάσκειν. Καὶ ὁ Τί-
 μων δὲ ἔφη·

.... Ἐν δὲ πολιτισμῷ

Πολυμαθημοσύνης, τῆς οὐ κενεώτερον ἄλλο.

« Multa variæque doctrina, qua nil est vanius,
 dixit Hippo, athen : divinus autem Heraclitus,
 nihil docere, ait, multiplici doctrina instructam
 mentem. Quin et Timon dixit :

..... Inest autem amplificatio

Multæ doctrinæ, qua nil vanius est. »

Plerique hoc modo Heracliti sententiam proferunt,
 Πολυμαθῆ νόον οὐ διδάσκει· ut Laertius principio
 Heracliti; Julianus imp. orat. 6; Gellius lib. ult., c. ult.

(51) Τοῦτους. Hæc apud Platonem exs. ant lib.
 De repub. p. 667, itemque apud Theodoretum De

A Platonis : « Nec existimes me dicere philoso-
 phari, in artes incumbentem vivere, nec multa
 discere appetentem; absit : nam ego quidem hoc
 probum esse ducebam. » Sciebat enim, ut existimo,
 « cum multarum rerum scientem jam habere men-
 tem, quod docet, » ut est Heracliti sententia. Et in
 quinto De republica : « Nunquid igitur istos, » inquit,
 « omnes, et alios ejusmodi res percipiendi cupidos,
 artibus vilissimis incumbentes, philosophos dice-
 mus? Nequaquam, » inquit, « sed similes philosophis.
 Veros autem, » inquit, « philosophos quosnam dicis?
 Eos, inquam ego, qui veritatis delectantur contem-
 platione. » Non enim in geometriæ postulatis et
 hypothesibus est philosophia; neque in musica, quæ
 quidem est conjecturalis; neque in astronomia,
 B quæ naturalibus, fluxisque, et verisimilibus est re-
 ferta rationibus; sed opus est ipsius boni scientia
 et veritate; cum aliæ quidem sint boni viæ, quem-
 admodum ad bonum. Quare nec ipse doctrinæ
 orbem, quem vocant « encyclopædiam, » ad bonum
 vult sufficere, sed duntaxat operam ferre ad excitan-
 dam et exercendam animam a l ea quæ percipiun-
 tur intelligentia. Sive ergo dicunt Græcos divinam
 philosophiæ esse casu aliquid elocutos; casus est
 ad divinam dispensationem referendus : non enim
 propter eam, quæ nobiscum intercedit, contentio-
 nem, casum quis in deos referet. Sive ex fortuna,
 ea fortuna non est expers providentiæ. Sive rursus
 dicat Græcis ingenitas esse naturales quasdam no-
 tiones, unum naturæ cognoscimus opificem : qua
 C ratione esse quoque naturalem diximus justitiam.
 Sive mentem illis inesse communem : quisnam sit
 ejus pater, et quæ sit in ejus mentis distributione
 justitia consideremus. Si quis enim dixerit προανα-
 φώνησιν, hoc est « predictionem, » et συνεκφώ-
 νησιν, id est « conjunctam vocationem, » velut
 causam assignet, dicit species prophetiæ. Atque ex

curand. Græc affect., serm. 1, p. 470. Porro τούτους
 οὖν ἅπαντας καὶ τοὺς ἄλλους τ. habet Theodoret.

(52) Καὶ τῶν τεχν. Scribendum ex Platone et
 Theodoretō, καὶ τοὺς τῶν τεχνυδρίων. Quam lectio-
 nem habere H. ms. testatur Sylburg. — Mox, φή-
 σομεν pro θήσομεν apud Plat.

(53) Εἶπεν. Scribendum ex Platone et Theod.
 εἶπον, prim. pers. qua postea iterum utitur : ἦν
 B δ' ἐγώ.

(54) Οὐ γὰρ ἐν γεωμ. Hæc tenet Plato. Quæ sequun-
 tur usque ad ἐτέρων μὲν, Clementis nostri verba
 sunt : ea tamen, tanquam Platonis, recitavit, loco
 jam dicto, Theodoretus : ea nempe e Clemente,
 pro more suo, mutavit.

(55) Ἀλλ' αὐ τοῦ ἀγ. δι' ἐστ. Scribendum ore
 Theodoretī, ἀλλ' αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ δι' ἐπιστήμης
 καὶ τῆς ἀληθ. Quod Latine expressimus.

(56) Ὅντων τὰγαθοῦ ὁδῶν. Ὅντων et ὁδῶν ha-
 bent anomaliam generis. SYLBURG. — Scribi forte
 melius possit : Ἐτέρων μὲν ὄντων τὰγαθῶν, ἐτέ-
 ρων δὲ ὁδῶν ἐπὶ τὰγαθόν· « cum aliud sint ipsa
 bona, aliud viæ ac media ad bonum. » Cujusmodi
 quiddam cum ea, quæ præcedunt, tum quæ se-
 quuntur etiam, postulare videntur.

(57) Ἐγκύκλιον π. Conf. quæ dicta sunt ad
 p. 287 ed. Paris.

(58) Ἄστ' ὡς δι' ἐστ. Ἄστ' δι' ἐστ. I Cor. xiii, 12.

eiusdem veritatis specie, seu imagine, alii dicunt, quædam esse a philosophis prolata. De nobis itaque dicit divinus Apostolus : « Videmus enim nunc tanquam per speculum, » per eam scilicet, quæ est in ipso, reflexionem nos ipsos cognoscentes; et ex ea, quæ est in nobis, divinitate efficientem causam, quoad ejus potest fieri, una contemplantes. « Vidisti enim, inquit, fratrem tuum, vidisti Deum tuum. » Servatorem puto Deum nunc nobis dictum esse. Post carnem autem depositam, « facie ad faciem^a; » tunc scilicet ita ut clare definire et comprehendere valeamus, quando « cor purum » fuerit. Et per imaginem quidem et transpectum Deum vident, qui apud Græcos accurate sunt philosophati. Nam per imbecillitatem nostram fit, ut ejusmodi sint, quotquot veras de Deo imagines habemus, quales per aquas cernuntur, aut per alia pellucida et perspicua corpora videre solemus. Recte ergo Salomon : « Qui seminat, » inquit, « justitiam, operatur fidem. Sunt » autem, « qui plura seminant, ii, qui plura faciunt^b. » Et rursus : « Curam gerere eorum, quæ sunt in campo viuidia, et tondebis herbam; et collige fœnum maturum, ut habeas oves ad vestimentum^c. » Vides quemadmodum externi quoque integumentum et præsidium sit cura gerenda. « Scienter autem agnoscas animas gregis tui^d. Quando enim gentes, quæ legem non habent, natura quæ sunt legis faciunt, ii non habentes legem, sibi ipsis sunt lex^e; » præputio scilicet servante legis justitias, ex sententia **137** Apostoli, « et ante legem, et ante adventum. Tanquam comparationem autem faciens philosophorum cum us, qui vocantur hæretici, admodum dilucide : « Melior est, » inquit Logos, « amicus prope, quam frater longe habitans^f. Qui autem falsis innititur, is pascit ventos, et persequitur aves pennatas^g. » Non existimo Logon nunc ✠ dicere philosophiam, licet ea sæpe argumentis probabilibus et ad fidem faciendam aptis utatur, sed in-

Α « Εἶδες γὰρ, φησί (59), τὸν ἀδελφόν σου, εἶδες τὸν θεόν σου : » τὸν Σωτῆρα οἶμαι θεόν εἰρηθεῖν ἡμῖν τὰ νῦν. Μετὰ δὲ τὴν τῆς σαρκὸς ἀπόθεσιν, « πρόσωπον πρὸς πρόσωπον : » τότε ἤδη ὀριστικῶς καὶ καταληπτικῶς, ὅτ' ἂν « καθαρὰ (60) ἡ καρδία » γένηται. Καὶ κατ' ἐμφασιν δὲ καὶ διάφασιν οἱ ἀκριβῶς παρ' Ἑλλήσι φιλοσοφῆσαντες, διορθῶσι τὸν θεόν : τοιαῦται γὰρ αἱ κατ' ἀδυναμίαν φαντασίαι ἀληθεῖς (61), ὡς φαντασία καθορᾶται ἐν ταῖς ὕδασι, ὁρῶμεν καὶ τὰ διὰ τῶν διαφανῶν καὶ διαυγῶν σωματίων. Καλῶς οὖν ὁ Σολομών, « Ὁ σπείρων (62), » φησί, « δικαιοσύνην, ἐργάζεται πίστιν : » εἰσὶ δὲ οἱ τὰ ἴδια σπείροντες, οἱ (63) πλείονα ποιῶσι. » Καὶ πάλιν : « Ἐπιμελοῦ τῶν ἐν τῷ πεδίῳ γλωρῶν, καὶ κερεῖς πᾶν : καὶ συνάγαγε χόρτον ὠριμον, ἵνα ἔχῃς πρόβατα εἰς ἱματισμόν : » ὁρᾷς ὅπως καὶ τῆς ἐξωθεν σκέπης τε καὶ φυλακῆς φροντιστέον : « Γνωστῶς δὲ ἐπιγνώσῃ ψυχᾶς ποιμνίου σου. Ὅτ' ἂν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῶσιν (64), οὗτοι, νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος, τῆς ἀκροβυστίας (65) τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλασσοῦσης, » κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καὶ πρὸ τοῦ νόμου, καὶ πρὸ τῆς παρουσίας. Οἶονεὶ δὲ σύγκρισιν ποιούμενος ὁ Λόγος τῶν ἀπὸ φιλοσοφίας πρὸς τοὺς αἰρετικούς, καλουμένους, ἐμφανῶς πάνυ, « Κρείσσων, φησί, φίλος ἐγγύς, ἢ ἀδελφὸς μακρὰν οἰκῶν. Ὅς δὲ ἐρείδεται ἐπὶ ψεύδεσιν, οὗτος ποιμαίνει ἀνέμους (66), καὶ διώκει ὄρνεα πετρωτά. » Οὐκ οἶμαι φιλοσοφίαν λέγειν τανῦν τὸν Λόγον, καίτοι ἐν πολλοῖς τὰ εἰκότα ἐπιχειρεῖ καὶ πιθανεύεται φιλοσοφία, ἀλλὰ τὰς αἵρέσεις ἐπιβράβησει. Ἐπιφέρει γοῦν : « Ἀπέλιπε γὰρ ὄδους τοῦ ἑαυτοῦ ἀμπελῶνος : τὰς δὲ προχιάς τοῦ ἰδίου γεωργίου πεπλάνηται. » Αὗται δὲ εἰσιν αἱ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἀπολείπουσαι Ἐκκλησίαν. Αὐτίκα ὁ εἰς αἵρεσιν ὑποπεσὼν « διέρχεται δι' ἐρημίας (67) ἀνύδρου, » τὸν ὄντως ὄντα θεὸν καταλειπὼν, ἐρημος θεοῦ, ὕδωρ ἄνυδρον ζητῶν, « τὴν ἀοίκητον καὶ δίψιον ἐπερχόμενος γῆν, συνάγων χερσὶν ἀκαρπίαν. Καὶ τοῖς ἐνδύεσι φρενῶν (68) πρρακελεύομαι, » λέγουσά φησιν ἡ Σο-

✠ P. 575 ED. POTTER, 517 518 EP. PARIS. 23, 26. ^d Ibid., 25. ^e Rom. II, 14. ^f Prov. XXVII, 10. ^g Prov. IX, 12.

(59) *Φησί*. Parentheticum φησίν, aliena hæc verba ostendit, ut alibi sæpe: nec φύσει substituere opus est. SYLBERG. — Hanc sententiam rursus laudavit Clemens *Strom.* II, pag. 591, tacito auctoris nomine.

(60) *Καθαρὰ*. Respicit Christi dictum, Matth. V, 8 : Μακάριοι οἱ καθαροὶ τῆ καρδίας, ὅτι αὐτοὶ τὸν θεὸν ὄψονται.

(61) *Ἀληθεῖς*. Loge ἀληθῶς. LOWTH.

(62) *Ὁ σπείρων*. Vulg. Biblia Prov. XI : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, λήψεται μισθὸν πιστῶν. SYLBERG. — Non eum locum, quem putat Hervetus, citat Clemens, sed ex eodem Prov. XI capite, V, 21, qui tamen nonnihil diversus est apud LXX : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, λήψεται μισθὸν πιστῶν. Clemens ait : Ὁ σπείρων δικαιοσύνην, ἐργάζεται πίστιν. Vulgata Latina : « Semen autem justorum salvabitur. » Sic Aquila : Καὶ σπέρμα δικαίων περισωθήσεται : et qui ex Hebræo vertunt. Sequitur apud Clementem versus ejusdem capitis 24 : Εἰσὶν, οἱ τὰ ἴδια σπείροντες, οἱ πλείονα ποιῶσιν : « Sunt, qui propria seminantes, plura faciunt. » Hervetus addidit e

^a I Cor. XIII, 12. ^b Prov. XI, 21, 24. ^c Prov. XXVII, 10. ^d Ibid., 25. ^e Rom. II, 14. ^f Prov. XXVII, 10. ^g Prov. IX, 12.

Græco LXX : « Sunt et qui aliena colligunt, et damno afficiuntur. » Latina : « Alii dividunt propria, et ditiores fiunt : et alii rapiunt non sua, et semper in egestate sunt. » Ex Hebræo vero ad verbum : « Est, qui disperdit rem, et additur ei amplius : et est, qui parcat rei suæ plus æquo, sed ad inopiam redigitur. » COLLECT.

(63) *Οἱ*. Abest a Prov. Mox, συναγε pro συνάγαγε. Ib.

(64) *Ποιῶσιν*. Ποιῆ, Rom.

(65) *Τῆς ἀκροβυστίας*. Respicit Rom. II, 26 : Ἐάν οὖν ἡ ἀκροβυστία τὰ δικαιώματα τοῦ νόμου φυλάσσει, οὐχὶ ἡ ἀκροβυστία αὐτοῦ εἰς περιτομὴν λογισθήσεται ;

(66) *Ποιμαίνει ἀνέμους* : ὁ δὲ αὐτὸς διώξεται ὄρνεα πετόμενα. Mox, τοὺς δὲ ἄξονας τοῦ ἰδίου γ. πρὸ τὰς δὲ προχιάς τοῦ ἰδίου γ. Ibid. SYLBERG.

(67) *Διέρχεται δι' ἐρ.* Διαπορεύεται δι' ἀνύδρου ἐρημίας, καὶ γῆν διατεταγμένην ἐν δυσώδεσι, συνάγει δὲ χερσὶν ἀκαρπίαν. Proverb.

(68) *Φρενῶν*. Φρονήσεως, Proverb.

φία (69), τοῖς ἀμφὶ τὰς αἱρέσεις δηλονότι· « Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἀψαθε, καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκεροῦ (70) »· « ἄρτον » καὶ « ὕδωρ (71) » οὐκ ἐπ' ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τῶν ἄρτων καὶ ὕδατι κατὰ τὴν προσφορὰν, μὴ κατὰ τὸν κανόνα τῆς Ἐκκλησίας, χρωμένον αἱρέσεων, ἐμφανῶς ταπτούσης τῆς Γραφῆς. Εἰσὶ γὰρ οἱ καὶ ὕδωρ ψῆδον εὐχαριστοῦσιν (72). « Ἀλλὰ ἀποπήδησον, μὴ χρονίσῃς ἐν τῷ τόπῳ αὐτῆς· τόπον· τὴν συναγωγὴν, οὐχὶ δὲ Ἐκκλησίαν, ὁμωνύμως προσεῖπεν. Εἶτα ἐπιφωνεῖ· « Οὕτω γὰρ διαθήσῃ ὕδωρ ἀλλότριον· » τὸ βάπτισμα τὸ αἱρετικόν, οὐκ οἰκεῖον καὶ γνήσιον ὕδωρ λογιζομένη. « Καὶ ὑπερβῆσῃ ποταμὸν ἀλλότριον, » τὸν παραφέροντα καὶ κατασύροντα εἰς θάλασσαν, εἰς ἣν ἐκδίδεται ὁ παρεκτραπέυς ἐκ τῆς κατ' ἀλήθειαν ἐδραιότητος, συνεχρυσὶς αὐθις εἰς τὰ ἐθνικὰ καὶ ἄτακτα τοῦ βίου κύματα.

eclesiam, æquivoce appellavit. Deinde acclamat : « Ita enim trajicies aquam alienam : » baptisma hereticum, non convenientem et germanam aquam reputans. « Et transmeabis fluvium alienum », qui in mare defert et detrahit, in quod illabitur, qui divertit a stabilitate veritatis, rursus confluens ad gentiles et inordinatos vitæ fluctus.

CAPUT XX.

Quanam ratione philosophia conferat ad divinæ veritatis comprehensionem.

Ὡς δὲ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, οἱ καθέλκοντες τὴν ναῦν, οὐ πολλὰ αἴτια λέγουσι ἂν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν αἰτιῶν ἓν· οὐκ ἔστι γὰρ αἴτιος ἕκαστος τοῦ καθέλκεσθαι τὴν ναῦν, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἄλλοις· οὕτω καὶ ἡ φιλοσοφία, πρὸς κατάληψιν τῆς ἀληθείας, ζήτησις οὕσα ἀληθείας, συλλαμβάνεται· οὐκ αἴτια οὕσα καταλήψεως, σὺν δὲ τοῖς ἄλλοις αἴτια, καὶ συνεργός· τάχα δὲ καὶ τὸ συναίτιον αἴτιον. Ὡς δὲ ἐνός ἔντος τοῦ εὐδαιμονεῖν, αἴτιαι τυγχάνουσιν αἱ ἀρεταὶ πλείονες ὑπάρχουσιν· καὶ ὡς τοῦ θερμαίνεσθαι ὁ τε ἥλιος, τὸ τε πῦρ, βαλανεῖόν τε, καὶ ἐσθῆς· οὕτω μιᾶς οὐσης τῆς ἀληθείας, πολλὰ τὰ συλλαμβανόμενα πρὸς ζήτησιν (73) αὐτῆς· ἡ δὲ εὐρεσις, ἡ δι' Υἱοῦ. Εἰ γὰρ σκοποῦμεν, μία κατὰ δύναμιν ἔστιν ἡ ἀρετὴ· ταύτην δὲ συμβέβηκε, τούτοις μὲν τοῖς πράγμασιν

⌘ P. 576 ED. POTTER, 518 ED. PARIS.

(69) Σοφία. De Sapientiæ nomine Salomonis libris indito conf. quæ adnotavit Cotelerius ad finem Clementis Romani *Epist. I ad Corinthios*.

(70) Γλυκεροῦ. Γλυκεροῦ πίστε, Proverb., ubi mox, ἐν τῷ τόπῳ, omissa αὐτῆς. Dein, διαθήσῃ ὡς ὕδωρ, inquit Sylburg.

(71) Ἄρτον καὶ ὕδωρ. Hervetus perperam vertit « panem et vinum. » Scribe e Græco Clementis, « panem et aquam ; » est enim error typographi, qui ex alia editione adhæsit. Sunt hæc ex ix Proverb. et familiare est sanctis Patribus τῆς Σοφίας nomine auctores innuere, qui Ecclesiasticum et Proverbia scripserunt, ut ποιητικῆς nomine, poetas. Quod vero sequitur : « Sed resiliās, ne diu moreris in loco ejus, » desumptum est ex appendice ejusdem capituli in editione Romana nuper aucti ; ut et illa : « Ita enim transibis aquam alienam, et transmeabis fluvium alienum, » καὶ ὑπερβῆσῃ ὕδωρ ἀλλότριον, ex uno libro adduntur, cujus auctoritas confirmari hoc Clementis loco potest, et commentario Didymi nondum edito, qui fluvium interpretatur διδασκαλίαν ἀπατηλὴν καὶ παρασύρουσαν, οὐ πρὸς καρποφορίαν ἀγούσαν. Vide quæ adnotata sunt in *Pædagogum*. COLLECT.

(72) Ὑδωρ ψῆδον εὐχ. Aquarii nempe ; de qui-

A sectatur hæreses. Infert naque : « Reliquit enim vias suæ vineæ, in semitis autem propriæ agriculturæ aberravit. » Ex autem sunt, quæ primævani Ecclesiam relinquunt. Jam vero qui cecidit in hæresim, « transit per solitudinem sine aqua, » eo, qui vere Deus est, relicto, a Deo desertus, aquam querens sine aqua, « non habitabilem et sitibundam terram pervadens, colligens manibus sterilitatem fructuum. Et iis, qui carent prudentia, jubeo, » inquit Sapia, scilicet, qui versantur in hæresibus, « panes absconsos lubenter tangite, et aquam furti dulcem : » ubi per « panem » et « aquam, » eas hæreses clare notat Scriptura, quæ in oblatione pane et aqua aliter utuntur, quam Ecclesiæ canonicis præcipitur. Sunt enim, qui sola aqua utuntur in eucharistia. « Sed resiliās, ne diu moreris in loco ejus : locum » Synagogam, non autem Ec-

clesiam, æquivoce appellavit. Deinde acclamat : « Ita enim trajicies aquam alienam : » baptisma hereticum, non convenientem et germanam aquam reputans. « Et transmeabis fluvium alienum », qui in mare defert et detrahit, in quod illabitur, qui divertit a stabilitate veritatis, rursus confluens ad gentiles et inordinatos vitæ fluctus.

Quemadmodum autem multi homines, qui navem trahunt, non dici possunt multæ causæ, sed una causa ex multis constans : non est enim unusquisque causa, ut navis trahatur, sed cum aliis ; ita etiam philosophia confert ad comprehendendam veritatem, cum sit inquisitio veritatis, non quod sit causa comprehensionis, sed causa cum aliis, et coöperatrix, et forte etiam causa concausans. Quemadmodum autem cum beatitudo unum sit, ejus causæ sunt plures vicinæ ; et quemadmodum ut quis calefiat, efficiunt et sol et ignis, et balneum, et vestis ; ita cum sit una veritas, multa sunt, quæ conferunt ad ejus inquisitionem, inveniri autem sine ⌘ Filii auxilio non potest. Et si quidem recte consideremus, potestate una est virtus, accidit ⌘ Prov. ix, 16, 17, 18.

bus Augustinus lib. *De hæres.* cap. 64. SYLB. — Ebionæi solam aquam in eucharistia adhibebant. Quo alludit Irenæus lib. v, cap. 1, p. 594 edit. Oxon. : « Reprobant itaque hii commistionem vini celestis, et sola aqua secularis volunt esse, non recipientes Deum ad commistionem suam. » Conf. Epiphanius hæres. 50, sect. 16. In eundem errorem incidit etiam Tatianus, sectæ Encratitarum pater, tradente Epiphanio hæres. 46 : Μυστηρίοις δὲ ὡσαύτως κέχρηται κατὰ μίμησιν τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας, ὕδατι δὲ μόνῳ χρώμενος ἐν τοῖς αὐτοῖς μυστηρίοις· « Mysteriorum etiam perinde usus est ad exemplum sanctæ Ecclesiæ, sed in iis celebrandis solam aquam adhibet. » Unde ejus discipuli appellabantur Ὑδροπαραστάται, « Aquarii, » ὡς ὕδωρ ὄντι οἴνου προσφέροντες, « quod aquam pro vino offerrent, » ut ait Theodoretus *Hæretic. fab.* lib. 1, cap. 20. Cyprianus p. 276 edit. Amstelod. : « Quidam novella institutione in calice Dominico sanctificando et plebi ministrando non hoc faciunt, quod Christus, hujus sacrificii auctor et doctor, fecit et docuit ; » tum pergit solam aquam consecrantes copiose refellere.

(73) Πρὸς ζήτησιν. Malim cum articulo, πρὸς τὴν ζήτησιν. SYLBURG.

autem, ut ea cum his quidem insit rebus, dicatur prudentia, in illis autem temperantia, in aliis vero animi magnitudo vel justitia. Eadem autem ratione cum sit una quoque veritas, in geometria geometriae veritas; in musica autem musicae; et in recta philosophia fuerit Graeca veritas. Sola autem haec est authentica veritas, quaeque a nemine attingi potest, quam docemur a Dei Filio. Eodem modo una eademque drachma, si data fuerit nautae, nauticum; si publicano, vectigal; si ei qui domum locat, merces conductae domus; si praecceptorum, operae merces; si ei qui vendit, arrha dicitur. Singulae autem, seu virtutes, seu veritates, communi quidem nomine conveniunt, sed proprium aliquem, eumque unicum, effectum habent; quorum omnium ex conjunctione nascitur vita beata. Non enim solis nominibus beati reddimur, cum rectam vitam dicamus beatitudinem; et illum beatum, cui virtute exornata est anima. Quod si etiam philosophia e longinquo opem fert inventioni veritatis, variis notionibus tendens ad nostram scientiam, quae proxime attingit veritatem; sic tamen ei opem fert, qui Logi auxilio conatur apprehendere cognitionem. Proinde Graeca veritas, etiamsi sit idem nomen sortita, tamen a nostra tum magnitudine cognitionis, tum demonstrationum evidentia, et divina virtute, et aliis similibus, satis distinguitur. A Deo enim docti sumus, qui litteras vere sacras a Filio Dei didicimus; unde non perinde ac nos illi movent animas, sed diversa plane methodo ac disciplina. Quod si propter eos, qui nos calumniandi causas quarunt, oportebit nos distinguere, philosophiam, ut quae in veritate indaganda versetur, comprehendendae veritatis concausam et cooperatricem appellantes, fatebimur eam esse praeviam hominis gnostici disciplinam, non tamen esse causam, quae solum est concausa; neque continens, id, quod adjuvat et cooperatur, nec perinde ac si non sit veritas absque philosophia. Nam omnes fere absque disciplinarum orbe, quam « encyclopaediam » vocant, et Graeca philosophia, alii autem etiam absque litteris, divina et barbara moti philosophia, potestate eum, qui de Deo est, per fidem accipimus sermonem, eruditi sapientia, quae per se operatur. Quod autem cum alio agit, cum per imperfectionem suam

✠ P. 577 ED. POTTER, 519 ED. PARIS.

(74) *Τούτων φαμεν*. H. ms. τούτων μὲν οὖν φαμεν. SYLBERG.

(75) *Εὐαρέτως*. Malim *ἐναρέτως*.

(76) *Θεοδίδακτοι*. Respicit I Thess. iv, 9: *Αὐτοὶ γὰρ ὑμεῖς θεοδίδακτοὶ ἐστε*.

(77) *Ἱερὰ ὄντως γράμματα*. « Vere sacras » appellat Christianorum « litteras, » ut eas distingueret ab Aegyptiorum, Chaldaeorum, Aethiopum, aliorumve litteris, quae dicebantur quidem, sed vere non erant *Ἱερὰ γράμματα*.

(78) *Συναίτιον φιλ.* Malim cum articulo *συναίτιον τὴν φιλοσοφίαν*.

(79) *Οὐδ' ὡς οὐκ οὔσης ἄνευ τὴν φιλοσοφίαν*. A. et H., *ἄνευ τῆς φιλοσοφίας*; ut interpret quoque, « nec perinde ac non sit veritas absque philosophia. » Ego legendum puto, *οὐδ' ὡς οὐκ ἄνευ, τὴν φιλο-*

σοφίαν. il est « neque ut causam sine qua non, statuentes philosophiam, aut quema. Immodum in praecedentibus membris nominata est causa adjuvans, et causa continens; ita hic exprimaturs causa sine qua non; sicut infra quoque p. 180, 552, 553. SYLBERG.

(80) *Δυνάμει*. Respicere videtur Rom. i, 4: *Τοῦ ὀρισθέντος Ἰησοῦ Θεοῦ ἐν δυνάμει, κατὰ Πνεῦμα ἁγιοσύνης*. I Thess. i, 5: *Τὸ Εὐαγγέλιον ἡμῶν οὐκ ἐγενήθη ἐν λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν δυνάμει, καὶ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*. vel alium locum his consimilem.

(81) *ὑπάρχειν*. Si quis malit participium *ὑπάρχον, per me licet*. SYLBERG.

(82) *Ἐδικαίου*. Conf. quae superius dixit auctor, pag. 232 edit. Paris.

A ἐγγενομένην, λέγεσθαι φρόνησιν, ἐν τούτοις ἐξ σωφροσύνην, ἐν τούτοις δὲ ἀνδρείαν ἢ δικαιοσύνην. Ἄνὰ τὸν αὐτὸν οὖν λόγον καὶ μιᾶς οὔσης ἀληθείας, ἐν γεωμετρίᾳ μὲν γεωμετρίας ἀλήθεια, ἐν μουσικῇ δὲ μουσικῆς· καὶ φιλοσοφίᾳ τῇ ὀρθῇ Ἑλληνικῇ εἴη ἂν ἀλήθεια. Μόνη δὲ ἡκυρία αὕτη ἀλήθεια, ἀπαρεγγεῖρητος, ἦν παρὰ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ παιδευόμεθα. Τοῦτόν φαμεν (74) τὸν τρόπον μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς δραχμῆς, τῷ μὲν ναυκλήριῳ δοθείσης, λέγεσθαι ναῦλον, τῷ δὲ τελώνῃ τέλος· καὶ ἐνοίκιον μὲν τῷ σταθμούχῳ· μισθὸν δὲ τῷ διδασκάλῳ· καὶ τῷ πιπράσκοντι ἀρραβῶνα. Ἐκάστη δὲ εἴτε ἀρετῆ, εἴτε καὶ ἀλήθεια, συνωνύμως καλουμένη, μόνου τοῦ καθ' ἑαυτὴν ἀποτελέσματος ἐστὶν αἰτία· κατὰ σύγχρησιν δὲ τούτων γίνεται τὸ εὐδαιμόνως ζῆν· μὴ γὰρ δὴ εὐδαιμονῶμεν πρὸς τὰ ὄνόματα, ὅτι

B ἂν τὸν ὀρθὸν βίον εὐδαιμονίαν λέγωμεν, καὶ εὐδαίμονα τὸν κεκοσμημένον τὴν ψυχὴν εὐαρέτως (75). Εἰ δὲ καὶ πόρρωθεν συλλαμβάνεται φιλοσοφία τῇ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εὐρέσει, κατὰ διαφόρους ἐπιβολὰς διατείνουσα ἐπὶ τὴν προσεχῶς ἀπτομένην τῆς ἀληθείας, τὴν καθ' ἡμᾶς εἶδῃσιν· ἀλλὰ συλλαμβάνεται γὰρ τῷ λογικῶς ἐπιχειρεῖν ἐσπουδαχότι ἀνθάπτεσθαι γνώσεως. Χωρίζεται τε ἡ Ἑλληνικὴ ἀλήθεια τῆς καθ' ἡμᾶς, εἰ καὶ τοῦ αὐτοῦ μετεἴληφεν ὀνόματος, καὶ μεγέθει γνώσεως, καὶ ἀποδεικτεῖ κυριωτέρα, καὶ θεῖα δυνάμει, καὶ τοῖς ὁμοίοις. Θεοδίδακτοι (76) γὰρ ἡμεῖς, ἱερὰ ὄντως γράμματα (77) παρὰ τῷ Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ παιδευόμενοι· ἐνθεν οὐδ' ὡσαύτως κινουσι τὰς ψυχὰς, ἀλλὰ διαφόρῳ διδασκαλίᾳ. Εἰ δὲ διαστέλλεσθαι ἡμᾶς διὰ τοὺς φιλεγκλήμονας δεήσει, συναίτιον φιλοσοφίαν (78) καὶ συνεργὸν λέγοντες τῆς ἀληθοῦς καταλήψεως, ζήτησιν οὕσαν ἀληθείας, προπαιδείαν αὐτὴν ὁμολογήσομεν τοῦ γνωστικοῦ, οὐκ αἰτίον τιθέμενοι τὸ συναίτιον· οὐδὲ μὴν τὸ συνεργὸν συνεκτικόν· οὐδ' ὡς οὐκ οὔσης ἄνευ τὴν φιλοσοφίαν (79). Ἐπεὶ σχεδὸν οἱ πάντες ἄνευ τῆς « ἐγκυκλίου παιδείας, » καὶ φιλοσοφίας τῆς Ἑλληνικῆς, οἱ δὲ καὶ ἄνευ γραμμάτων, τῇ θεῖᾳ καὶ βαρβάρῳ κινήθεντες φιλοσοφίᾳ, δυνάμει (80) τὸν περὶ Θεοῦ διὰ πίστεως παρειλήφαμεν λόγον, αὐτουργῶ σοφίᾳ πεπαιδευμένοι. Ὅ δὲ μεθ' ἑτέρου ποιεῖ, ἀτελὲς ὄν καθ' αὐτὸ ἐνεργεῖν, συνεργὸν φαμεν καὶ συναίτιον, ἀπὸ τοῦ συναίτιου αἰτίον ὑπάρχειν (81), ἀπὸ τοῦ ἑτέρῳ συνελθεῖν, αἰτίον γίνεσθαι ὀνομασμένον· καθ' ἑαυτὸ δὲ μὴ δύνασθαι τὸ ἀποτέλεσμα τὸ κατ' ἀλήθειαν παρέχειν. Καίτοι καὶ καθ' ἑαυτὴν ἐδικαίου (82) ποτε καὶ ἡ φιλοσοφία τοὺς

gentiles philosophos secuti, mundum e materia praesistente a Deo creatum existimaverunt. Irenaeus lib. ii, cap. 19, p. 141 edit. Oxon. : Et hoc autem, quod ex subjecta materia dicunt fabricatorem fecisse mundum, et Anaxagoras, et Empedocles, et Plato primi ante hos dixerunt, Conf. Strom. vii, p. 707 et quae ibi adnotanda sunt.

(99) Ἐδώκατέ μοι πιεῖν. Ἐποτίσατέ με, Matth. (1) Ὁ γὰρ ἐνὶ τ. Ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε ἐνὶ τούτων τῶν ἀδελφῶν μου τῶν ἐλαχίστων, ἐμοὶ ἐποιήσατε, Matth.

(3) Μέρος αὐτοῦ. Origenes Contra Celsum lib. v, p. 255: Σαρφῆς δὲ τὸν ὅλον κόσμον λέγουσιν εἶναι θεόν, Στωϊκοὶ μὲν τὸν πρῶτον, οἱ δὲ ἀπὸ Πλάτωνος τὸν δεῦτερον, τινὲς δὲ αὐτῶν τὸν τρίτον. Certe totum

(2) Ἐξ ὕλης. Valentiniani, aliique haeretici,

γενῶν καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνέξεται τις ἐπαῖων τούτου θεὸν ἐγνωκῶς, ἀπιθὼν εἰς τὸν βίον τὸν ἡμέτερον, ἐν ὅσοις φερόμεθα κακοῖς. Εἴη γὰρ ἂν οὕτως, ὃ μηδ' εἰπεῖν ἡμέτις, μερικῶς ἀμαρτάνων ὁ θεός, εἴ γε τὰ μέρη τοῦ ὅλου μέρη καὶ συμπληρωτικὰ τοῦ ὅλου· εἰ δὲ μὴ συμπληρωτικὰ, οὐδὲ μέρη εἴη ἂν. Ἄλλὰ γὰρ φύσει πλούσιος ὢν ὁ θεός ἐν ἐλέει, διὰ τὴν αὐτοῦ ἀγαθότητα κήδεταί ἡμῶν, μήτε μορίων ὄντων αὐτοῦ μήτε φύσει τέκνων. Καὶ δὴ ἡ μεγίστη τῆς τοῦ θεοῦ ἀγαθότητος ἐνδειξις αὕτη τυγχάνει· ὅτι οὕτως ἐχόντων ἡμῶν πρὸς αὐτὸν, καὶ φύσει ἀπηλλοτριωμένων (4) παντελῶς, ὅμως κήδεταί. Φυσικὴ μὲν γὰρ ἡ πρὸς τὰ τέκνα φιλοστοργία τοῖς ζώοις, ἡ τε ἐκ συνηθείας τοῖς ὁμογνώμοσι φιλία (5)· θεοῦ δὲ ὁ ἔλεος εἰς ἡμᾶς πλουσιῶς (6), τοὺς κατὰ μηδὲν αὐτῷ προσήκοντας, ἡ οὐσία ἡμῶν λέγω, ἡ φύσει, ἡ δυνάμει τῆ οἰκεία τῆς οὐσίας ἡμῶν· μόνῳ δὲ τῷ ἔργον εἶναι τοῦ θελήματος αὐτοῦ· καὶ δὴ τὸν ἐκόντα μετὰ ἀσκήσεως καὶ διδασκαλίας τὴν γνῶσιν τῆς ἀληθείας ἐπανηρημένον εἰς νόθεσίαν καλεῖ, τὴν μεγίστην πασῶν προκοπῆν. *Παρανομίαι δὲ ἄνδρα ἀγορεύουσι (7)· σειραῖς δὲ τῶν ἐννεοῦ ἀμαρτιῶν ἕκαστος σφίγγεται, καὶ ἔστιν ὁ θεός ἀνάτιος (8)· καὶ τῷ ὄντι μακάριος ἀνὴρ, ὅς καταπτήσσει πάντα δι' εὐλάβειαν.*

qui sua sponte cum exercitatione et doctrina cognitionem accepit veritatis, vocat ad adoptionem, quæ est maximus omnium profectus. *Loquuntur autem virum iniquitates : suorum autem peccatorum catenis unusquisque astringitur* ^a; nec eorum causa Deo est ascribenda; et revera *beatus est vir, qui omnia veretur propter pietatem* ^b.

CAPUT XVII.

De variis Cognitionis generibus.

Ὡς οὖν ἡ ἐπιστήμη ἐπιστητικὴ ἐστὶν ἕξις, ἀφ' ἧς τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει· γίνεται δὲ ἡ κατάληψις (9) αὐτῆ (10) ἀμετάπτωτος ὑπὸ λόγου· οὕτω καὶ ἡ ἀγνοία φαντασία ἐστὶν εἰκουσα, μεταπτωτικὴ ὑπὸ λόγου τὸ δὲ μεταπίπτον, ὡς καὶ τὸ συνασκούμενον, ἐκ λόγου ἀφ' ἡμῶν. Παράκειται δὲ τῇ ἐπιστήμῃ ἡ τ' ἐμπειρία καὶ ἡ εἶδησις, σύνεσις τε καὶ νόησις, καὶ γνῶσις. Καὶ ἡ μὲν εἶδησις ἐπιστήμη τῶν καθ' ὅλου κατ' εἶδος εἴη ἂν, ἡ δὲ ἐμπειρία ἐπιστήμη περιληπτικὴ· ὥστε καὶ οἶδόν ἐστιν ἕκαστον πολυπραγμονεῖν· νόησις δὲ ἐπιστήμη νοητοῦ, καὶ σύνεσις ἐπιστήμη συμβλητοῦ, ἡ σύμβλησις ἀμετάπτωτος, ἡ συμβλητικὴ δυνάμις, ὢν φρόνησις ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐνός καὶ ἐκάστου, καὶ πάντων τῶν εἰς ἓνα λόγον· γνῶσις δὲ ἐπιστήμη τοῦ ὄντος αὐτοῦ, ἡ ἐπιστήμη σύμφωνος τοῖς γινομένοις· ἀλήθειά τε ἐπιστήμη ἀλη-

A ex nihilo omnia produxerit, nec si ex præexistente materia fecerit : quandoquidem illud quidem ne omnino quidem est, hæc vero est a Deo diversa in omnibus; nisi quis nos ejus esse partem, et ejusdem cum Deo essentia ausit dicere. Nescio autem quomodo quis, qui Deum novit, æquo hoc audire animo possit, si respiciens ad nostram vitam, in quot versemur malis, consideret. Sic enim, quod nefas est dicere Deus peccaret in quibusdam partibus, siquidem partes sunt totius partes, et totum complent. Sin autem non complent, ne partes quidem fuerint. Verum enim vero cum natura Deus sit dives misericordia, nostri propter suam bonitatem curam gerit, qui nec sumus ejus partes, nec filii natura. Et est hoc quidem certe maximum Dei in nos bonitatis indicium, quod eum sic in ipsum nos geramus, et natura simus omnino alieni, nostri tamen curam gerat. Ac naturalis quidem est animantibus in suos fetus affectio, et quæ ex consuetudine oritur amicitia iis, qui sunt ejusdem sententia. Est autem in nos copiosa Dei misericordia, qui nihil ad eum atlinemus, vel essentia, inquam, nostra, vel natura, vel propria nostræ essentia facultate, sed eo tantum quod simus opus ejus voluntatis. Atque adeo eum,

B quemadmodum ergo scientia est habitus sciendi, a quo scire evenit : fit autem ei comprehensio, quæ dimoveri non potest a ratione : ita etiam ignoratio est conceptio cedens, quæ dimoveri potest a ratione. Quod autem dimovetur, ut id, quod constituitur ac confirmatur, a ratione, est in nostra potestate. Scientia autem est adjuncta et experientia, et quæ Græce dicitur εἶδησις, et quæ σύνεσις et intelligentia, et cognitio. Et erit quidem εἶδησις, universorum scientia per species. Experientia autem, scientia comprehensiva, quæ singularia perscrutatur quomodo se habeant. Intelligentia autem est scientia ejus, quod sola mente percipitur. Et σύνεσις est scientia ejus, quod potest in unum conferri, aut compago, quæ dimoveri non potest : aut facultas simul conferendi ea, circa quæ versantur prudentia

⌘ P. 468 ED. POTTER, 592-595 ED. PARIS.

^a Prov. v, 22. ^b Prov. xxviii, 14.

mundum Deum esse dicunt; Stoici quidem primum; Platonici vero secundarium; nec desunt, qui tertium inter deos locum ei assignent. Didymus apud Eusebium De præparatione Evangel. lib. xv : Στωϊκοὶ δὲ, ὅλον τὸν κόσμον σὺν τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ, προσαγορεύουσι Θεόν. Stoici autem, totum mundum, cum partibus ejus, Deum appellant. Seneca epist. 97 : Totum hoc quo continetur, et unum est, et Deus est; et socii ejus, et membra sumus.

(4) *Ἀπηλλοτριωμένων.* Respiciere videtur Coloss. 1, 21.

(5) *Τοῖς ὁμογνώμοσι φιλία.* Catilina apud Sal-

lustium : Idem velle ac nolle, ea demum firma amicitia est.

(6) *Πλουσιῶς.* A. mavult πλούσιος. SYLBURG.

(7) *Ἀγορεύουσι.* A. Rectius ἀγρεύουσιν, venantur, ex Proverb. v, 22. SYLBURG.

(8) *Ὁ θεός ἀνάτιος.* Respicit dictum, de quo conf. quæ adnotata sunt ad *Pædag.* lib. 1, cap. 8, *Strom.* 1, p. 271, edit. Paris.

(9) *Κατάληψις.* De hac scientia definitione conf. quæ superius dicta sunt ad p. 562, edit. Paris.

(10) *Αὐτῆ.* Scribi possit αὕτη, vel αὐτή, in nominat. casu.

et scientia, et unius, et singulorum, et omnium, quæ in unam conferuntur rationem. Cognitio autem est rei prout est scientia; aut scientia iis, quæ fiunt, congrua. Veritas autem, veri scientia. Habitus autem veritatis, est scientia verorum. Scientia autem consistit per rationem, et alia ratione ✕ dimoveri non potest; et hic cognitionem inquirat. Quæ autem non facimus, ea aut non facimus propterea quod non possumus, aut propterea quod nolumus, aut propter utrumque. Non volumus autem adhuc, verbi gratia, quoniam possumus quidem, sed non volumus. Non sumus autem sicut Dominus, quoniam volumus quidem, sed non possumus. *Nullus est enim discipulus super magistrum: satis est autem, si facti fuerimus sicut magister* ^a, non essentia (fieri enim non potest, ut id quod est adoptione, sit essentia æquale ei, quod est natura), sed quod facti simus sempiterni, et ad contemplationem eorum, quæ sunt, admissi, et filii appellati simus, et patrem ex iis solum, quæ sunt ei conjuncta, videamus. Velle ergo omnia antecedit: rationales enim facultates sunt voluntatis ministræ. *Velis, inquit, et poteris.* Gnostici autem et voluntas, et iudicium, et exercitatio est eadem. Si sunt enim eadem animi propositiones, eadem quoque erunt et dogmata et iudicia, ut et verba, et vita, et mores sint ejus instituto consentanea. *Cor autem rectum exquirat cognitiones, et illas exaudit. Deus docuit me sapientiam, et novi sanctorum cognitionem* ^b.

θούς· ἡ δὲ ἕξις τῆς ἀληθείας ἐπιστήμη ἀληθῶν. Ἡ δὲ ἐπιστήμη διὰ τοῦ λόγου συνίσταται, καὶ ἀμετάπτωτος ἐστὶν ἄλλῳ λόγῳ· ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν πολυπραγμονεῖ (11). Ἄ δὲ μὴ ποιοῦμεν, ἦτοι διὰ τὸ μὴ δύνασθαι οὐ ποιοῦμεν, ἢ διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι, ἢ δι' ἀμφότερα. Οὐχ ἰπτάμεθα μὲν οὖν, ἐπειδὴ οὕτε δυνάμεθα οὕτε βουλόμεθα· οὐ νηχόμεθα δὲ, φέρε εἰπεῖν, ἄρτι, ἐπειδὴ δυνάμεθα μὲν, οὐ βουλόμεθα δέ· οὐκ ἐσμέν δὲ ὡς ὁ Κύριος, ἐπειδὴ βουλόμεθα μὲν, οὐ δυνάμεθα δέ. *Οὐδεὶς γὰρ μαθητὴς ὑπὲρ τοῦ διδάσκαλον· ἀρκετὸν δὲ, εἰν γενόμεθα ὡς ὁ διδάσκαλος, οὐ κατ' οὐσίαν· ἀδύνατον γὰρ ἴσον εἶναι πρὸς τὴν ὑπαρξιν τὸ θέσει τῷ φύσει· τὸ δὲ (12) αἰδίου γεγονέναι, καὶ τὴν τῶν ὄντων θεωρίαν ἐγνωκέναι, καὶ υἱὸς προσηγορευθῆναι, καὶ τὸν πατέρα ἀπὸ τῶν οἰκείων καθορᾶν μόνον.* Προηγείται τοῦτον πάντων τὸ βούλεσθαι· αἱ γὰρ λογικαὶ δυνάμεις τοῦ βούλεσθαι διάκονοι πεφύκασι· *Θέλε, φησὶ, καὶ δυνακήση* (13)· τοῦ γνωστικοῦ δὲ καὶ ἡ βούλησις, καὶ ἡ κρίσις, καὶ ἡ ἀσκήσις ἡ αὐτή. Εἰ γὰρ αἱ αὐταὶ προθέσεις, τὰ αὐτὰ καὶ τὰ δόγματα καὶ αἱ κρίσεις, ἵνα δὴ ὧσιν αὐτῷ καὶ οἱ λόγοι, καὶ ὁ βίος, καὶ ὁ τρόπος ἀκόλουθοι τῇ ἐνστάσει. *Καρδιά δὲ εὐθεῖα ἐκλήθει γνῶσις, καὶ ἐκείνων ἐπαῖτι* (14). *Ὁ Θεὸς δεδιδάχέ με σοφίαν, καὶ γνῶσιν ἀγίων ἐγνωκα.*

CAPUT XVIII.

Legem Mosaicam omnis doctrinæ moralis esse fontem, atque inde Græcos ethica sua hausisse.

Clarum est ergo, omnes quoque alias virtutes, quæ scriptæ sunt apud Moysen, præbuisse Græcis principium totius loci moralis, fortitudinem, inquam, et temperantiam, et prudentiam, et justitiam, et tolerantiam etiam, et patientiam, et modestiam, et honestatem, et continentiam, et, quæ eas superat, pietatem. Sed de pietate quidem est cui-libet manifestum, quod supremam et antiquissimam causam doceat colere et honorare. Eadem quoque lex exhibet justitiam: et docet etiam prudentiam, per abstinentiam a simulacris sensilibus, et ad universorum effectorem et patrem evocatio-
✕ P. 469 ED. POTTER, 392-394 ED. PARIS.

(11) *Ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν πολυπραγμονεῖ.* Suspicio aliquem in libri sui margine adnotasse: *Ἐνταῦθα τὴν γνῶσιν πολυπραγμονεῖ. Sic observa, quid sit γνῶσις, de qua scilicet toties a Clemente mentio facta est: idque postea in textum receptum fuisse, πολυπραγμονεῖ imperat, mutato in πολυπραγμονεῖ indicat. modi, ut cum præcedentibus cohereret.*

(12) *Τὸ δέ.* Etiam dativo casu legi potest τῷ δέ. SYLBURG.

(13) *Θέλε . . . καὶ δυνακήση.* Ubi hoc dictum? Forte respicit auctor verba Christi ad infirmum, Joan. v, 8: *Θέλεις ὑγιῆς γενέσθαι;* vel potius leprosi verba ad Christum, Marc. i, 40: *Ἐάν θέλης, δύνασαι με καθαρίσαι.*

(14) *Καρδιά . . . ἐπαῖτι.* Hanc sententiam in S. Scriptura reperire nondum potui. Ea, quæ sequitur, a plerisque τῶν Ὁ interpretum editionibus abest.

(15) *Τὸ ἀνωτάτω καὶ πρῶτον αἴτιον.* Τὸ ἀνώτατον

προφανεῖς μὲν οὖν καὶ πᾶσαι ἄλλαι ἀρεταὶ, αἱ παρὰ τῷ Μωϋσεῖ ἀναγεγραμμέναι, ἀρχὴν Ἑλληνισπαντὸς τοῦ ἠθικοῦ τόπου παρασχόμεναι· ἀνδρείαν λέγω, καὶ σωφροσύνην, καὶ φρόνησιν, καὶ δικαιοσύνην, καρτερίαν τε καὶ ὑπομονήν, καὶ τὴν σεμνότητα, καὶ ἐγκράτειαν, τὴν τε ἐπὶ τούτοις εὐσεβείαν. Ἄλλ' ἡ μὲν εὐσεβεία παντὶ που δῆλη τὸ ἀνωτάτω καὶ πρῶτον αἴτιον (15) σέβειν καὶ τιμᾶν διδάσκουσα (16), καὶ δικαιοσύνην δὲ αὐτὸς ὁ νόμος παρίστησι, παιδεύων τὴν τε φρόνησιν διὰ τῆς τῶν αἰσθητῶν εἰδώλων ἀποχῆς καὶ τῆς πρὸς τὸν ποιητὴν καὶ Πατέρα τῶν ὄλων προσκλήσεως (17)· ἀφ' ἧς

^a Matth. x, 24, 25; Luc. vi, 40. ^b Prov. xxx, 5.

καὶ πρῶτον αἴτιον Philo in loco mox apponendo. Sed ἀνωτάτω cum articulo pro ἀνώτατος alias dixit Clemens: quemadmodum p. 381: ἡ γὰρ ἀνωτάτω ἀπόδειξις.

(16) *Τιμᾶν διδάσκουσα.* Flor. edit., καὶ διδάσκουσα, ne quid ergo e corruptis vestigiis decedat, legi potest καταδιδάσκουσα. SYLBURG.

(17) *Προσκλήσεως.* Aptius προσκλήσεως. SYLBURG. — Vera autem lectio videtur esse προσκλήσεως. Vult enim auctor legem Moysis Judæos Deo, universalis conditori, in hereditatem addidisse. Hoc ita se habere, didicimus e verbis Philonis, quæ imitatus est Clemens. Ea vero exstant in ejus libro *De fortitudine*, p. 741: *Οὗτοι πρὸς Ἑβραίουσ φιλανειχθημόνως ἔχοντες, οὐδενὸς ἐτέρου μᾶλλον ἢ ὅτι τὸ ἀνώτατον καὶ πρῶτον αἴτιον σέβουσι καὶ τιμῶσι, τῷ ποιητῇ καὶ Πατρὶ τῶν ὄλων προσκεκληρωμένοι. Madianæi odio Hebræos hac præcipue causa persecuti, quod summam et antiquissimam causam cu-*

θύξης, οἶον πηγῆς (18), πᾶσα σύνεσις αὐξεται. **A** θυσίαι γὰρ ἀνόμων (19) βδέλυγμα Κυρίῳ· εὐχαὶ δὲ κατευθυνόντων δεκταὶ παρ' αὐτῷ· ἐπεὶ δεκτὴ (20) παρὰ Θεῷ (21) δικαιοσύνη μᾶλλον, ἢ θυσία. Τοιαῦτα καὶ τὰ παρὰ Ἡσαΐα· Τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν; λέγει Κύριος· καὶ πᾶσα ἡ περιχοπὴ. **A**ὐτε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας· αὕτη γὰρ θυσία Θεῷ δεκτὴ (22), καρδία συντριμμένη, καὶ ζητοῦσα τὸν πεπλακῶτα. Ζυγὰ δόλια (23) βδέλυγμα ἐναντι Θεοῦ· στάθμιον δὲ δίκαιον δεκτὸν αὐτῷ. Ἐντεῦθεν, ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, Πυθαγόρας (24) παραινεῖ. Δικαιοσύνη δὲ δόλια εἴρηται ἢ τῶν αἰρέσεων ἐπαγγελία· καὶ, Γλῶσσα (25) μὲν ἀδίκων ἐξολεῖται, στόμα δὲ δικαίων ἀποστάζει σοφίαν. Ἀλλὰ γὰρ τοὺς σοφοὺς καὶ φρονίμους (26) φαύλους καλοῦσιν. Μακρὸν δ' ἂν εἴη **B** περὶ τῶν ἀρετῶν τούτων μαρτυρίας παρατίθεσθαι, ἀπάσης ταύτας ἐξυμνούσης τῆς Γραφῆς· ἐπεὶ δ' οὖν τὴν μὲν ἀνδρείαν ὀρίζονται ἐπιστήμην δεινῶν καὶ οὐ δεινῶν καὶ μεταξὺ, τὴν δὲ σωφροσύνην ἔξιν εἶναι, αἰρέσει καὶ φυγῇ σώζουσαν τὰ τῆς φρονήσεως κρίματα· παράκειται τῇ μὲν ἀνδρεία ἢ τε ὑπομονή, ἢν καρτερίαν καλοῦσιν, ἐπιστήμην (27) ἐμμενετέων καὶ οὐχ ἐμμενετέων· ἢ τε μεγαλοψυχία ἐπιστήμη τῶν συμβαινόντων ὑπεραίρουσα· ἀλλὰ καὶ τῇ σωφροσύνη ἢ εὐλάβεια (28), ἐκκλησις οὔσα σὺν λόγῳ. Φυλακὴ δὲ τῶν ἐντολῶν, τήρησις οὔσα αὐτῶν ἀβλαβῆς, περιποίησις ἐστὶν ἀσφαλείας βίου. Καὶ οὐκ

⌘ P. 470 ED. POTTER, 394-395 ED. PARIS. **a** Prov. xv, 8. **b** Isa. i, 11. **c** Isa. LVIII, 6 **d** Prov. xi, 1. **e** Isa. x, 31. **f** Prov. xvi, 21.

lerent et adorarent, et omnium conditori ac patri in hereditatem addicti essent. Nempe secundum illud : Διαμέριζεν ὁ Ὑψίστος ἔθνη. . . καὶ ἐγεννήθη μερὶς Κυρίῳ λαὸς αὐτοῦ Ἰακώβ· σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραήλ. Deuteron. xxxii, 8, 9.

(18) Πηγῆς. H. Ms. αὐγῆς. SYLBURG. — Sed πηγῆς Philonis vox est loco citato : Ἡ περὶ τοῦ ἐνόου Θεοῦ δόξα, ἀφ' ἧς, οἶα πηγῆς, ἐνωτικῆ καὶ ἀδιαλύτῳ φιλίᾳ κέχρηται πρὸς ἀλλήλους. De uno Deo sententia, a qua, seu fonte, nascitur indissolubilis amicitia.

(19) Θυσίαι γὰρ ἀνόμων. Θυσίαι ἀσεβῶν, Proverb.

(20) Δεκτὴ. Respexisse videtur Matth. ix, 13; xii, 7 : Ἐλεσον θέλω καὶ οὐ θυσίαν· vel Os. vi, 6 : Ἐλεος θέλω ἢ θυσίαν.

(21) Παρὰ Θεῷ. S. Cyrillus Alexand. x in Julianum : Ἡμεῖς νοητὴν καὶ πνευματικὴν ἀποπληροῦντες λατρείαν, προστετάγμεθα προσκομίζεσθαι εἰς ὁσμὴν εὐωδίας πάντα τρόπον ἐπεικειας, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, δικαιοσύνην, ἐγκράτειαν, ἀκαταπαύστους δοξολογίας· ἄλλος γὰρ αὕτη θυσία τῷ ἄϋλῳ καὶ καθαρῷ πρέπουσα Θεῷ, καὶ νοητῆς εὐκοσμίας ἀναθήματα τῆς ἀληθοῦς εὐζωίας οἱ τρόποι. Hæc ita citantur ab Anastasio in Quæstionibus de Scripturæ locis, quas G. Hævetus interpretatus est : Nos cultum implentes spiritualem, et qui cadit sub intelligentiam, jussimus offerre in odorem suavitatis omne genus virtutis, fidem, spem, charitatem, justitiam, continentiam, perpetuas glorificationes. Nam hoc materiæ expers sacrificium Deum decet, qui est expers materiæ, et purus, et honestatis cadentis sub intelligentiam donaria sunt modi veræ, quæ recte agitur, vitæ. Interpretes Cyrilli hic videtur aliter legisse in 5 responsione lib. x, ut cum vertit extrema : Et mentalis fragrantiae oblationes sunt vere honestæ vitæ modi, εὐοσμίας. COLLECT.

(22) Αὕτη γὰρ θυσία δ. Clemens supra Pædag.

A nem. Ex qua quidem sententia, tanquam ex fonte aliquo, augetur omnis intelligentia. Sacrificia enim iniquorum, sunt **170** Domino abominatio : vota eorum autem, qui recta via incedunt, sunt ei accepta **a**. Deo enim magis **⌘** est accepta justitia, quam sacrificium. Talia sunt etiam ea, quæ sunt apud Isaiam : Quid mihi multitudo sacrificiorum vestrorum? inquit Dominus **b**; et cætera, quæ sequuntur. Solve omne vinculum iniquitatis; hoc enim sacrificium est Deo acceptum; cor contritum, et quærens eum, qui formavit **c**. Trutinæ dolosæ abominatio coram Domino; statera autem justa est Domino accepta **d**. Hinc suadet Pythagoras, stateram non transilire. Dolosa autem justitia dicta est, professio hæresium. Et lingua quidem injustorum peribit, os autem justorum distillat sapientiam **e**. Etenim sapientes et prudentes, stultos appellant **f**. Longum autem fuerit de his virtutibus testimonia adducere, cum universa eas celebret Scriptura. Quoniam autem fortitudinem definiunt scientiam eorum, quæ sunt gravia, et non gravia, et eorum quæ sunt intermedia; temperantiam autem, habitum, qui eligendo et vitando servat judicia prudentiæ; adjungitur fortitudini quidem patientia, quam appellant tolerantiam, scientiam scilicet eorum, quæ sunt sustinenda, et quæ non; et celsitudo animi quæ scientia est, qua quis quibuscunque casibus superior evasit. Quinetiam temperantiæ adjuncta est cautio, quæ est

a Prov. xv, 8. **b** Isa. i, 11. **c** Isa. LVIII, 6 **d** Prov. xi, 1. **e** Isa. x, 31. **f** Prov. xvi, 21.

C lib. iii, cap. 12, p. 261, edit. Paris. : Πῶς οὖν θύσω τῷ Κυρίῳ; θυσία, φησὶν, τῷ Κυρίῳ πνεῦμα συντριμμένον. Πῶς οὖν στέξω, ἢ μύρω χρίσω, ἢ τί θυμιάσω τῷ Κυρίῳ; Ὅσμῃ, φησὶν, εὐωδίας τῷ Θεῷ, καρδία δοξάζουσα τὸν πεπλακῶτα αὐτήν. Ubi conf. adnotata.

(23) Ζυγὰ δόλια. Ζυγοὶ δόλιοι, et mox ἐνώπιον pro ἐναντι, Prov.

(24) Πυθαγόρας. Simili modo hoc Pythagoræ symbolum explicavit auctor Strom. v, p. 560 edit. Paris., ubi conf. adnotata.

(25) Γλῶσσα. Στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν, γλῶσσα δὲ ἀδίκου ἐξολεῖται. Proverb., inverso sententiarum ordine.

(26) Φρονίμους. Συνετούς, Proverb.

(27) Ἐπιστήμην. Sic ante Clementem Philo τὴν ἀνδρείαν delinivit, Legis allegor. lib. i, p. 53 : Ἐπιστήμη γὰρ ἐστὶ ὑπομενετέων, καὶ οὐχ ὑπομενετέων καὶ οὐδετέρων. Est enim scientia sustinendorum, et non sustinendorum, et neutrorum. Item Sextus Empiricus Adv. mathematicos lib. viii, pag. 536 : Εἰ πανάρετόν ἐστι τὸ Θεῖον, καὶ ἀνδρείαν ἔχει· εἰ δὲ ἀνδρείαν ἔχει, ἐπιστήμην ἔχει δεινῶν, καὶ οὐ δεινῶν, καὶ τῶν μεταξὺ. Quod si Deus est omni virtute præditus, habet etiam fortitudinem; si eam autem habet, scientiam habet eorum, quæ sunt gravia, et quæ non sunt gravia, et quæ sunt intermedia. Et ante hos Zeno τὴν καρτερίαν dixit esse ἐπιστήμην, ἢ ἔξιν τῶν ἐμμενετέων, καὶ μὴ, καὶ οὐδετέρων· scientiam, vel habitum eorum, quibus acquiescendum sit, vel non, atque mediorum : ut refert in Zenone Diogenes Laertius, lib. vii, seg. 95.

(28) Εὐλάβεια. Clemens superius p. 574, edit. Paris. : Εὐλάβειαν καλοῦντων οἱ φιλόσοφοι τὸν τοῦ νόμου φόβον, εὐλογον οὔσαν ἐκκλησίαν. Philosophi εὐλάβειαν appellant legis timorem, cum sit rationi consentanea declinatio.

declinatio cum ratione. Custodia autem præceptorum, cum sit innocens eorum observatio, est securitatis vitæ conciliatio. Nec potest esse quis tolerans absque fortitudine, neque continens absque temperantia. Se autem invicem consequuntur virtutes; et apud quem sunt virtutum consequentiæ, apud eum est etiam salus, quæ est boni status conservatio. Jure ergo si de his virtutibus adhuc tractaverimus, de omnibus consideraverimus: quoniam qui gnostice habet unam virtutem, omnes per mutuam habet consequentiam. Jam continentia est affectio, quæ non transilierit ea, quæ rectæ rationi consentanea videntur. Contingens autem est is, qui continet eas appetitiones, quæ sunt præter rectam rationem: vel ✕ qui seipsum continet, ne appetitione efferatur præter rectam rationem. Temperantia autem ipsa non est sine fortitudine; quandoquidem ex præceptis oritur prudentia, quæ Deum, qui omnia disposuit, sequitur; et justitia, quæ divinam dispositionem imitatur; per quam cum simus continentes, mundi ad pietatem et actiones exemplo Dei conformes tendimus, Domino, quoad a mortalibus fieri potest, assimilati. Id autem est, justum et sanctum fieri cum prudentia. Deus enim nullius rei indiget, et affectibus non est obnoxius: unde nec est proprie continens. In eum enim nulla unquam cadit affectio aut perturbatio, quam contineat. Nostra autem natura, quæ est obnoxia affectionibus, opus habet continentia, per quam dum exercetur, ut paucis indigeat, conatur habitu ad divinam naturam accedere. Vir enim bonus paucis indiget, ut qui sit in confinio naturæ mortalis et immortalis; agens quidem, et propter corpus, et propter mortalem originem; paucis autem egere doctus, propter susceptam ratione continentiam. Quamnam enim habet rationem, quod lex viro prohibet, *ne vestem induat muliebrem* ^a? Annon nos vult esse viros, et nec corpore, nec factis, nec mente, nec verbis effeminari? Vult enim eum esse masculum, qui veritati dat operam, in ferendis laboribus et perpressionibus, in vita et moribus, et in sermone et ✕ P. 471 ED. POTTER, 595-596 ED. PARIS.

(29) *Σωφροσύνη*. Ante Clementem Philo has virtutes, ἀνδρείαν, ἐγκράτειαν, σωφροσύνην, φρόνησιν, δικαιοσύνην et καρτερίαν, conjunctas esse dixit, id præterea subjiciens, quod vir bonus sit ὀλιγοδεής. *De vita Moysis*, lib. III, p. 680, 681: Ἄλλ' εἰ χρητὰ ληθὲς εἰπεῖν, ὁ φρονήσεως καὶ σωφροσύνης, ἀνδρείας τε καὶ δικαιοσύνης ἱερῶτατος θίασος ἀσκητὰς μετατρέχει, καὶ ὅσοι αὐστηρὸν καὶ σκληροδίαιτον βίον, ἐγκράτειαν καὶ καρτερίαν ζηλοῦσι, σὺν εὐτελείᾳ, δι' ὧν τὸ κυριώτατον τῶν ἐν ἡμῖν ὁ λογισμὸς εἰς ὑγίαιαν ἄνοσον καὶ εὐεξίαν ἐπιδίδωσι, etc. *Imo si verum fatendum est, sacer ille virtutum chorus, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, justitiæque, ultro sibi quærit, quos exerceat, præsertim eos, qui tetricam duramque vitam sequuntur, conjunctam cum patientia continentiaque, simplicitate quoque, et frugalitate paucis contenta: quibus artibus pars nostri præcipua, scilicet ratio, sanitatem tuetur bonamque habitudinem.*

(30) Ὁ γὰρ σπουδαῖος. Hæc didicit Clemens e

A ἔστιν ἄνευ ἀνδρείας καρτερικὸν εἶναι, οὐδὲ μὴν ἄνευ σωφροσύνης ἐγκρατῆ. Ἀντακολουθοῦσι δὲ ἀλλήλαις αἱ ἀρεταί· καὶ παρ' ἧ αἱ τῶν ἀρετῶν ἀκολουθίαι, παρὰ τούτῳ καὶ ἡ σωτηρία, τήρησις οὔσα τοῦ εὖ ἔχοντος. Εἰκότως ἐτι περὶ τούτων διαλαβόντες τῶν ἀρετῶν, περὶ πασῶν ἂν εἶημεν ἐσκεμμένοι, ὅτι ὁ μίαν ἔχων ἀρετὴν γνωστικῶς πάσας ἔχει διὰ τὴν ἀντακολουθίαν. Αὐτίκα ἡ ἐγκράτεια διάθεσις ἐστὶν ἀνυπέρβατος τῶν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον φανέντων. Ἐγκρατεύεται δὲ ὁ κατέχων τὰς παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁρμὰς, ἢ ὁ κατέχων αὐτὸν, ὥστε μὴ ὁρμᾶν παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον. Σωφροσύνη (29) δὲ αὐτὴ οὐκ ἄνευ ἀνδρείας· ἐπειδὴ ἐξ ἐντολῶν γίνεται, ἐπομένη τῷ διατεταγμένῳ Θεῷ, φρόνησις τε καὶ ἡ μιμητικὴ τῆς θείας διαθέσεως δικαιοσύνη· καθ' ἣν ἐγκρατευόμενοι, καθαρὸι πρὸς εὐσέθειαν καὶ τὴν ἐπομένην ἀκολουθῶν τῷ Θεῷ πράξιν στελλόμεθα, ἐξομοιαζόμενοι τῷ Κυρίῳ κατὰ τὸ δυνατόν ἡμῖν, ἐπικτήροις τὴν φύσιν ὑπάρχουσιν. Τοῦτο δὲ ἐστὶ δίκαιον καὶ ὀσιον μετὰ φρονήσεως γενέσθαι. Ἄνευδὲς μὲν γὰρ τὸ θεῖον καὶ ἀπαθὲς· ὅθεν οὐδὲ ἐγκρατὲς κυρίως· οὐ γὰρ ὑποπίπτει πάθει ποτὲ, ἵνα καὶ κρατήσῃ τοῦδε· ἡ δὲ ἡμετέρα φύσις, ἐμπαθὲς οὔσα, ἐγκρατείας δεῖται, δι' ἧς πρὸς τὸ ὀλιγοδεὲς συνασκειμένη, συνεγγίξει πειράται κατὰ διάθεσιν τῆς θείας φύσει· ὁ γὰρ σπουδαῖος (30) ὀλιγοδεής, ἀθανάτου καὶ θνητῆς φύσεως μεθόριος· τὸ μὲν ἐνδεὲς διὰ τὸ σῶμα διὰ τε τὴν γένεσιν αὐτὴν ἔχων· ὀλίγων δὲ διὰ τὴν λογικὴν ἐγκράτειαν δεῖσθαι δεδιδασκεμένος· ἐπεὶ τίνα λόγον ἔχει τὸ ἀπειπεῖν τὸν Νόμον ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπεχόνην (31) ἀναλαμβάνειν; Ἡ οὐχὶ ἀνδρίζεσθαι ἡμᾶς βούλεται, μήτε κατὰ τὸ σῶμα καὶ τὰ ἔργα, μήτε κατὰ τὴν διάνοιαν καὶ τὸν λόγον ἐκθηλυνομένους; ἡρόρενῶσθαι γὰρ τὸν ἀληθείᾳ σχολάζοντα ἐν τε ὑπομοναῖς, ἐν τε καρτερίαις, κὰν τῷ βίῳ, κὰν τῷ τρόπῳ, κὰν τῷ λόγῳ, κὰν τῇ ἀσκήσει, νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν, καὶ εἰ που μαρτυρίου δι' αἵματος χωροῦντος ἐπικαταλάβοι χρεῖα, βούλεται. Πάλιν, *Εἰ τις* (32), φησὶ, *γεωστὶ δεινιάμενος οἰκίαν, οὐκ ἐφθῆ εἰσοικίσασθαι· ἢ ἀμπελῶνα γεόφυτον ἐργασάμενος, μηδέπω τοῦ καρποῦ μετείληφεν, ἢ παρθένον ἐγγυησάμενος, οὐδέπω ἔγημεν· τούτους ἀφεί-*

^a Deut. xxii, 5.

D Philonis libro *De fortitudine*, p. 357: Ὁ δὲ σπουδαῖος ὀλιγοδεής, ἀθανάτου καὶ θνητῆς φύσεως μεθόριος· τὸ μὲν ἐπιδεὲς ἔχων διὰ σῶμα θνητὸν, τὸ δὲ μὴ πολυτελὲς διὰ ψυχὴν ἐφιεμένην ἀθανασίας. *Vir autem bonus paucis eget, in naturæ mortalis immortalisque situs confinio: propter corpus quidem mortale egestati obnoxius est, paucis vero contentus propter animam, quæ ad immortalitatem aspirat.*

(31) *Γυναικὸς ἀμπεχόνην*. Philo Judæus, libri jam dicti pag. 758: Τοσαύτη δὲ τίς ἐστὶ τῷ Νόμῳ σπουδὴ καὶ φιλοτιμία περὶ τοῦ γυμνάσαι καὶ συγκρατῆσαι ψυχὴν πρὸς ἀνδρείαν, ὥστε καὶ περὶ ἐσθημάτων, ὅποια ἔχοῦν ἀμπεχεσθαι, διετάξατο, ἀπειπὼν ἀνάκράτος ἀνδρὶ γυναικὸς ἀμπεχόνην ἀναλαμβάνειν. *Tanta porro contentione lex studet exercere confirmareque animos ad fortitudinem, ut et de vestimentis, qualibus utendum sit, præcipiat, diserte interdicens, ne vir sumat muliebria.*

(32) *Εἰ τις*. Hæc propius accedunt ad Philonis Judæi verba, p. 740, quam Moysis, Deut. xx, 5-7.

σθαι τῆς στρατείας, ὁ φιλόφρων καλεῖται Νόμος· στρατηγικῶς μὲν, ὡς μὴ περισπώμενοι πρὸς τὰς ἐπιθυμίας, ἀπρόθυμοι τῷ πολέμῳ ἐξυπηρετώμεν· ἐλεύθεροι (55) γὰρ τὰς ὁρμὰς οἱ ἀπροφασίστως τοῖς δεινοῖς ἐπαποδύμενοι· φιλοφρόνως δὲ, ἐπειδὴ τὰ κατὰ τοὺς πολέμους ἄδελφα· ἄδικον εἶναι λογισάμενος, τὸν μὲν μὴ ὄνασθαι τῶν αὐτοῦ πόνων, ἕτερον δὲ τὰ τῶν καμώντων ἀταλαιπώρως λαβεῖν. Ἔοικε δὲ ὁ Νόμος καὶ τὴν τῆς φυγῆς ἐμφαίνειν ἀνδρείαν, δεῖν νομοθετῶν τὸν φυτεύσαντα καρποῦσθαι, καὶ τὸν οἰκοδομησάμενον οἰκεῖν, καὶ τὸν μινώμενον γαμῆν· οὐ γὰρ (54) ἀτελεῖς τὰς ἐλπίδας τοῖς ἀσκήσασσι κατὰ τὸν λόγον τὸν γνωστικὸν κατασκευάζει· Τελευτήσαντος (55) γὰρ καὶ ζῶντος ἀνδρὸς ἀγαθοῦ οὐκ ἀπόλλυται ἐλπίς. Ἐγὼ, φησὶ, τοὺς ἐμὲ φιλοῦντας ἀγαπῶ, ἡ Σοφία λέγει· οἱ δὲ ἐμὲ ζητοῦντες εὐρήσουσιν εἰρήνην (56), καὶ τὰ ἐξῆς. Τί δέ; οὐχὶ αἱ Μανιχαίων γυναῖκες τῷ κάλλει τῷ σφῶν πολεμοῦντας τοὺς Ἑβραίους ἐκ σωφροσύνης οὐκ ἀκρασίαν εἰς ἀθεότηρα ὑπεργάγοντο; Προσεταρισάμεναι γὰρ τοὺς (57) ἐκ τῆς σεμνῆς ἀσκήσεως εἰς ἴδονας ἐταιρικός τῷ κάλλει δελεάσασαι, ἐπὶ τε τὰς τῶν εἰδώλων θυσίας ἐπὶ τε τὰς ἀλλοδαπὰς ἐξέμνησαν γυναῖκας· γυναικῶν δὲ ἅμα καὶ ἴδονῆς ἠρτηθέντες, ἀπέστησαν μὲν τοῦ Θεοῦ, ἀπέστησαν δὲ καὶ τοῦ νόμου· καὶ μικρὸν δεῖν (58) ὁ πᾶς λαὸς ὑποχείριος τοῖς πολεμίοις, γυναικείῳ στρατηγήματι ἐγεγόνει, ἕως αὐτοὺς κινδυνεύοντας ἀνεχάριτε νοουθετήσας φόβος. Αὐτίκα οἱ περιλειφθέντες, φιλοκινδύνως τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ἀγῶνα ἀράμενοι κύριοι κατέστησαν τῶν πολεμίων. Ἀρχὴ (59) οὖν σοφίας θεοσέβεια· σύνεσις δὲ ἀγίων προμήθεια· τὸ δὲ γινῶναι Νόμον, διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς. Οἱ τοίνυν ἐμπαθοῦς φόβου περιποιητικὸν τὸν Νόμον ὑπολαβόντες, οὕτε ἀγαθοὶ συνίεναι (40), οὕτε ἐνενόησαν τῷ ὄντι τὸν Νόμον· Φόβος (41) γὰρ Κυρίου ζῶν ποιεῖ. Ὁ δὲ πλανώμενος ὀδυνηθήσεται ἐν πόνοις, οἷς οὐκ ἐπισκέπτεται γνώσις. Ἀμέλει μωπτικῶς ὁ Βαρνάβας, Ὁ δὲ Θεός (42) ὁ τοῦ παντὸς κόσμου (43) κυριεύων, φησὶ, δῶν καὶ ὑμῖν σοφίαν καὶ σύνεσιν, ἐπιστήμην, γνώσιν τῶν δικαιοματιῶν αὐτοῦ, ὑπομονήν. Γίνεσθε οὖν θεοδίδακτοι, ἐκζητοῦντες τί ζητεῖ ὁ Κύριος ἀφ' ὑμῶν, ἵνα εὖζη-

A exercitatione, noctu et interdiu, et sibi testi-
monio, seu martyrio, opus sit, quod procedat per
sanguinem. Rursus: Si quis, inquit, domum a se
nuper ædificatam nondum habitavit, aut vitem nu-
per plantatam operatus, fructus nondum fuit parti-
iceps, aut sibi desponsæ virgini nondum nupsit * :
eos vult humana lex esse immunes a militia, pru-
denter et imperatorie, ne dum avellimur a cupidi-
tatibus, ignavo et dejecto animo demus operam
militiæ; sunt enim liberi ab appetitionibus, qui
alaeri animo quævis gravia pericula adeunt; hu-
mane autem, quoniam incertos bellorum casus
reputans, iniquum esse duxit, ut hic quidem suis
non frueretur laboribus, alter autem citra ullum
laborem ea perciperet, quæ alii magno labore com-
parant. Videtur ✕ autem lex quoque fortitudinem
indicare, statuens oportere eum, qui plantavit,
fructum percipere; et eum, qui ædificavit, habi-
tare; et eum, qui puellam ambiit, uxorem ducere.
lis enim, qui se secundum gnosticam rationem
exercuerunt, spes non reddit irritas: nam boni
viri, nec mortui, nec viventis, spes perit. Ego eos,
qui me diligunt, amo, inquit Sapiencia: qui autem
me quærunt, inveniunt pacem^b: et ea, quæ sequun-
tur. Quid vero? annon mulieres Madianitarum sua
pulchritudine bellantes Hebræos a temperantia per
incontinentiam deduxerunt ad impietatem? Mercet-
triciis enim illecebris allectos, et a gravi ac ho-
neste exercitatione ad meretricias voluptates forma-
inescatos, ad sacrificia idolorum, et ad peregrinas
mulieres, veluti quodam furore percitos, deduxe-
runt. A mulieribus autem simul victi et voluptate,
a Deo quidem defecerunt et a lege: et propemodum
universus populus in hostium manus venit ac
potestatem muliebri stratagemate, donec ipsos in
periculum adductos coercuit timor admonens. Tum
ii, qui reliqui erant, audacter pro pietate ac reli-
gione certamen suscipientes, evaserunt hostibus
superiores. Sapiencia ergo principium est religio.
Intelligentia autem est rerum sanctarum cura et
providentia. Nosse autem legem est bonæ mentis^c. Qui
ergo existimarunt **171** legem efficere timorem cum
prava perturbatione conjunctum, nec sunt ad in-

✕ P. 472 ED. POTTER ^a Deut. xx, 5, 6, 7. ^b Prov. xi, 7; viii, 17. ^c Prov. ix, 10.

(55) Ἐλεύθεροι. Philo: Ὅπως ἐλευθέρως καὶ D
ἀφέτοις ὁρμαῖς ἀπροφασίστως τοῖς δεινοῖς ἐπαπο-
δύονται.

(54) Οὐ γὰρ. Philo: Ὡς οὐ δεῖν ἀτελεῖς τὰς ἐλ-
πίδας κατασκευάζειν τοῖς χρηστὰ τῶν κατὰ τὸν βίον
προσδοκήσασιν. Reliqua etiam, quæ ad Judæorum
instituta spectant, paucis mutatis, e Philone sumpta
sunt.

(55) Τελευτήσαντος. Proverb. x, 7: Τελευτή-
σαντος ἀνδρὸς δικαίου, οὐκ ἄλλυται ἐλπίς.

(56) Εὐρήσουσιν εἰρήνην. Hoc legitur Proverb.
cap. xvi. Sed Prov. viii, unde petitus hic locus, εὐρή-
σουσι χάριν. A. Madianitarum mulierum strategema
exstat Num. xxv, Deut. iv, Psalm. cv, apud Philo-
nem p. 441, 506. Chrysostom. homilia contra no-
viduuii observatores, p. 16. II. SYLBERG.

(57) Τοὺς. Malim αὐτούς, illos.

(58) Μικρὸν δεῖν. Usitatus μικροῦ δεῖν. SYL-
BERG.

(59) Ἀρχή. Ἀρχὴ σοφίας φόβος Κυρίου, καὶ
βουλὴ ἀγίων σύνεσις· τὸ γὰρ γινῶναι νόμον διαν.
Proverb. ix, 10.

(40) Ἀγαθοὶ συν. Subaudiendum εἰσίν. SYLBERG.

(41) Φόβος. Proverb. xix, 25: Φόβος Κυρίου εἰς
ζῶν ἀνδρὶ, ὁ δὲ ἀφοβὸς ἀύλισθήσεται ἐν τόποις, οὐ
οὐκ ἐπισκοπεῖται γνώσις. Flaminius Nobilius adno-
tavit, partem posteriorem a nonnullis hoc modo
scribi: Πλανώμενος καὶ ἐμπλησθεὶς ἀύλισθήσεται
ἀνευ ἐπισκοπῆς πανηράς.

(42) Ὁ δὲ Θεός. Hæc sub finem epistolæ S. Bar-
nabæ exstant.

(43) Τοῦ π. κ. Παντὸς τοῦ κόσμου, Barnab. Max,
δῶν ὑμῖν, omissa καὶ particula. Dein, σοφίαν, ἐπι-
στήμην, σύνεσιν, γνώσιν τῶν ἑ. αὐτοῦ, ἐν ὑπομονῇ.
Γίνεσθε δὲ θεοδ. Ibid.

telligendum prompti, nec legem revera perciperunt. *Timor enim Domini vivificat. Qui autem errat, affligetur in laboribus, quos non considerat cognitio*^a. Mystice profecto Barnabas: *Deus, qui universo mundo dominatur, inquit, det etiam vobis sapientiam et intelligentiam, scientiam, cognitionem, justificationem ejus, patientiam. Efficiamini ergo a Deo docti, exquirentes quid a vobis requirat Dominus, ut inveniat in die judicii horum insidiatores. Dilectionis et pacis filios appellavit ex cognitione. De largitione autem et communicatione* ✠ *cum multa dici possunt, sufficit hoc dicere, quod lex prohibet fratri fœnerari: fratrem nominans non cum solum, qui ex iisdem natus parentibus, sed etiam qui fuerit ejusdem tribus, ejusdemque sententiæ, et ejusdem Logi particeps; non æquum censens, ut ex pecuniis usuras legamus, sed laxis manibus et animis gratificemur egentibus. Deus enim est hujus doni conditor; ut etiam qui lubenter largitur, sufficientes accipit usuras, ea, quæ sunt apud homines pretiosissima, nempe mansuetudinem, benignitatem, magnificentiam, bonam*

✠ P. 473 ED. POTTER, 597 ED. PARIS. ^a Prov. XIX, 25.

(44) *Ἰνα εὖρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους. Ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν.* Sylburgius ait: *Ἰνα εὖρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους, ἀγάπης τέκνα . . . vel, ἵνα εὖρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τούτων ἐπιβούλους. Τοὺς τοιοῦτους ἀγάπης τεκν. Editiones Sylburgiana recentiores εὖρηται pro εὖρηται habent. Cotelerius, quocum consentiunt Grabius et Lowthius, ad Barnabam hæc adnotavit: «Locus Clementis Alexandrini, in quo ista laudantur, prava interpunctione deformatus jacet. Quippe ediderunt, ἵνα εὖρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους. Ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν. Ut inveniat in die judicii horum insidiatores. Dilectionis et pacis filios appellavit ex cognitione. Quibus quid insulsius? Tu meo periculo sic distingue: ἵνα εὖρηται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Τοὺς τούτων ἐπιβούλους ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν. Hoc est, ut inveniat in die judicii. Ista capessentes, dilectionis et pacis filios ex cognitione appellavit (Barnabas nimirum in fine epistolæ). » Porro Barnabæ verba sic se habent: Ἐκζητούντες τί ζητεῖ Κύριος ἀφ' ὑμῶν, καὶ ποιεῖτε, ἵνα σωθῆτε ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως. Exquirentes quid a vobis requirat Dominus, et facite, ut salvi sitis in die judicii.*

(45) *Ἀδελφῶν.* Respicit Levit. xxv, 35, 36; Deut. xxiii, 19, 20. Porro eorum pleraque fere omnia, quæ hic ad Judæorum leges moresque spectant, e Philone sumpta sunt: cujus præcipuas sententias adnotasse sufficiat. Inprimis quæ ad mutuum absque fenere spectant, petita sunt e libro *De charitate*, pag. 701. *Ἀπαγορεύει τοίνυν ἀδελφῶ δανείζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλ' ὅς ἀστὸς ἢ ὁμόφυλος ἢ, τόκους ἐπὶ χρήμασιν οὐ δίκαιον (scribendum ex Clemente δικάϊων) ἐκλέγειν, ὡς ἀπὸ θερεμμάτων ἔγγονα, . . . ἀλλ' ἀνειμέναις χερσὶ καὶ γνώμαϊς μάλιστα μὲν χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις, λογιζομένους ὅτι καὶ ἡ χάρις τρόπον τινὰ δάνειον . . . οὐθ' οἱ συμβαλόντες (ἔμελλον) ἀδικεῖσθαι ἃ προσήκε, χρηστότητα, μεγαλόνοϊαν, εὐφρημίαν, εὐκλειαν. Vetat igitur fratri fœnerari: fratrem vocans, non solum ex eisdem parentibus natum, sed etiam quemcunque civem, contribulemve: iniquum ducens colligere jœnus e pecuniis tanquam seturam e pecoribus; sed apertis manibus menteque præcipue gratis donare oportere indigentibus, reputantes etiam gra-*

Αται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τοὺς τούτων ἐπιβούλους. Ἀγάπης τέκνα καὶ εἰρήνης γνωστικῶς προσηγόρευσεν (44). Περί τε τῆς μεταδόσεως καὶ κοινωνίας, πολλῶν ὄντων, ἀπόχρη μόνον τοῦτο εἶπεῖν, ὅτι νόμος ἀπαγορεύει ἀδελφῶ δανείζειν· ἀδελφὸν (45) ὀνομάζων οὐ μόνον τὸν ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὅς ἂν ὁμόφυλος ἢ, ὁμογνώμων τε καὶ τοῦ αὐτοῦ Λόγου κεκοινωνηκίως· οὐ δικαίων ἐκλέγειν τόκους ἐπὶ χρήμασιν, ἀλλὰ ἀνειμέναις χερσὶ καὶ γνώμαϊς χαρίζεσθαι τοῖς δεομένοις· Θεὸς γὰρ ὁ κτίστης τοιαῦτα χάριτος, ἤδη δὲ ὁ μεταδοτικῆς, καὶ τόκους ἀξιολόγους λαμβάνει, τὰ τιμιώτατα τῶν ἐν ἀνθρώποις, ἡμερότητα, χρηστότητα, μεγαλόνοϊαν, εὐφρημίαν, εὐκλειαν. Ἄρ' οὐ δοκεῖ σοι φιλανθρωπίας εἶναι τὸ παράγγελλμα τοῦτο; ὡς περ κάκεινο· Μισθὸν (46) πένητος αὐθήμερον ἀποδιδόναι, ἀνυπερθέτως δεῖν διδασκᾶν ἐκτίνειν τὸν ἐπὶ ταῖς ὑπηρεσίαις μισθόν· παραλύεται γὰρ, οἶμαι, ἡ προθυμία τοῦ πένητος ἀτροφῆσαντος πρὸς τοῦτον. Ἔτι φησὶ (47)· Δανειστῆς μὴ ἐπιστῆ χρεώστου οἰκίᾳ, ἐνέχυρον μετὰ βίας ληψόμενος· ἀλλ' ὁ μὲν ἔξω προσφέρειν κελεύετω, ὁ δὲ, ἔχων, μὴ ἀναδύεσθω. Ἐν τε τῷ ἀμήτῳ (48) τὰ ἀποπίπτοντα

xix, 25.

tium esse fœneris genus. Nec creditoribus quidquam decedet de rebus pretiosissimis, bonitate, magnificentia, bona existimatione ac laude. Dein alia sequuntur, in quibus mentio fit Θεοῦ τῶν συμπάντων γεννητοῦ, quæ iis, quæ de Deo subjicit Clemens, occasionem præbuisse videntur.

(46) *Μισθόν.* Levit. xix, 13, Deut. xxiv, 14, 15. Philo post verba jam apposita, statim hæc addit, p. 702: *Ἔτι τῶν εἰς φιλανθρωπίαν τεινόντων παράγγελλμα κάκεινο διατέτακται, μισθὸν πένητος αὐθήμερον ἀποδιδόναι· οὐ μόνον ὅτι . . . δίκαιον ἦν, τὸν ἐπὶ τῇ ὑπηρεσίᾳ μισθὸν ἀνυπερθέτως ἀπολαβεῖν, ἀλλ' ὅτι . . . ἐπὶ τῷ μισθῷ τέθειται τὴν ἐλπίδα, ὅν εἰ μὲν εὐθὺς κομίσαιτο, γηθεῖ, χαίρων τε νῦν, καὶ πρὸς τὴν ἐπισοῦσαν προθυμία ἐργαζόμενος· εἰ δὲ μὴ κομίσαιτο, ἀναπέπτωκεν. Illud quoque præceptum ad charitatis officia refertur: Mercedem eodem die reddi pauperi: non solum ob id, quia æquum est, post exhibitam operam representari pecuniam sine dilatione; sed etiam quia spem omnem in mercede collocat; quam si mox referat, et in præsens gaudet, et in crastinum redit ad opus alacrior; quod si non referat, concidit.*

(47) *Ἔτι φησὶ· Δαν.* Deut. xxiv, 10, 11. Philo in loco jam dicto: *Ἔτι φησὶ, Δανειστῆς μὴ εἰσὶτω χρεωστῶν οἰκίᾳ, ἐνέχυρον καὶ χρυσὸν μετὰ βίας ληψόμενος, ἀλλ' ἐν προθύροις ἔξω προσεστὼς ἀναμενέτω, καλεῶν ἡσυχῇ προσφέρειν· οἱ δ' ἂν ἔχωσι μὴ ἀναδύεσθωσαν. Præterea vetat ne creditor intret debitorum domus, ut pignus et aurum inde capiat; sed jubet eum ante januam expectare, dum ultro proferantur; debitores autem vult non tergiversari.*

(48) *Ἐν τε τῷ ἀμήτῳ.* Levit. xix, 9, xxiii, 22; Deut. xxiv, 19. Philo, non multo post verba jam dicta, hæc insuper addit, pag. 705: *Κελεύει γὰρ ἐν μὲν ἀμήτῳ, μήτε τὰ ἀποπίπτοντα τῶν πραγμάτων (scribendum ex Clemente δραγμάτων) ἀναρεῖσθαι, μήτε πάντα τὸν σπόρον κείραι, ἀλλ' ὑπολιπέσθαι τὸ τοῦ κλήρου μέρος ἀτμητὸν· ἅμα μὲν τοὺς εὐπόρους, μεγαλόφρονας καὶ κοινωνικῶς κατασκευάζων, ἐκ τοῦ τι παριέναι (προῖέναι Clementis) τῶν ἰδίων, . . . ἅμα δὲ καὶ τοὺς πένητας εὐθυμοτέρους ἀπεργαζόμενος. Vetat enim colligi spicas prolapsas e manipulis, vetat et totam segetem demeti, ut agelli pars a falce relinquatur intacta: simul divitibus consulens, ut assuescant sua communicare liberaliter, et etiam pauperibus offerens solatium.*

τῶν δραγμάτων ἀναιρεῖσθαι κωλύει τοὺς κτήτορας· καθάπερ κὰν τῷ θερισμῷ ὑπολείπεσθαι τι παραναί· ἀτμητον· διὰ τοῦτου εὖ μάλα τοὺς μὲν κτήτορας εἰς κοινωνίαν καὶ μεγαλοφροσύνην συνασκῶν ἐκ τοῦ προΐεναι τι τῶν ἰδίων τοῖς θεομένοις, τοῖς πένησι δὲ ἀφορμὴν πορίζων τροφῶν. Ὅρας ὅπως ἡ νομοθεσία τὴν τοῦ θεοῦ δικαιοσύνην ἅμα καὶ ἀγαθότητα καταγγέλλει, τοῦ πᾶσιν ἀφθόνως χρηγοῦντος τὰς τροφάς. Ἐν τε αὐτῇ τρυγῇ (49) τὰ ἐπιέναι πάλιν τὰ καταλειφθέντα δρεπομένους, καὶ τὸ τὰς ἀποπιπτούσας βῆρας συλλέγειν κεκώλυκεν· τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς ἐλαίας συλλέγουσι διατάσσεται. Ναὶ μὴν καὶ αἱ δεκάται (50) τῶν τε καρπῶν καὶ τῶν θρεμμάτων, εὐσεβεῖν τε εἰς τὸ θεῖον καὶ μὴ πάντα εἶναι φιλοκερδεῖς, μεταδίδόναι δὲ εὐανθρωπίας καὶ τοῖς πλησίον, ἐδίδασκεν (51). Ἐκ τούτων γάρ, οἶμαι, τῶν ἀπαρχῶν καὶ οἱ ἱερεῖς διετρέφοντο· ἤδη οὖν συνίεμεν, εἰς εὐσέθειαν, καὶ εἰς κοινωνίαν, καὶ εἰς δικαιοσύνην, καὶ εἰς εὐανθρωπίαν παιδευομένους ἡμᾶς πρὸς τοῦ νόμου. Ἡ γὰρ οὐχὶ διὰ μὲν τοῦ ἐβδόμου ἔτους (52) ἀρχὴν ἀνίσθαι τὴν χώραν προστάττει, τοὺς πένητας δὲ ἀδεῶς τοῖς κατὰ θεὸν φυεῖσι (53) καρποῖς χρῆσθαι ἐκέλευεν, τῆς φύσεως τοῖς βουλομένοις γεωργούσης; Πῶς οὖν οὐ (54) χρηστὸς ὁ νόμος καὶ δικαιοσύνης διδάσκαλος; Πάλιν τε αὖ τῷ πεντηκοστῷ ἔτει (55) τὰ αὐτὰ ἐπιτελεῖν κελεύει, ἃ καὶ τῷ ἐβδόμῳ, προσποδιδούς ἐκάστῳ τὸ ἴδιον, εἴ τις ἐν τῷ μεταξὺ διὰ τινα περιστάσιν ἀφῆρηθή χωρίον, τὴν τε ἐπιθυμίαν τῶν κτᾶσθαι ποθοῦντων περιορίζων χρόνῳ μεμετρημένῳ καρπιώσεως, τοὺς τε πενία μακροῦ ὑποσχόντας δίχην μὴ διὰ βίου κολαζομένους ἐλῶν (56). Ἐλεημοσύναι (57) δὲ καὶ πί-

✠ P. 474 ED. POTTER, 597-598 ED. PARIS.

(49) Ἐν τε αὐτῇ τρυγῇ. Levit. xix, 10; Deut. xxiv, 20, 21. Philo loco jam dicto: Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῆς ὀπώρας, πάλιν δρεπομένοις τοῖς κληρούχοις προστάττει, μήτε βῆρας ἀποπιπτούσας συλλέγειν, μήτε ἀνατρυγᾶν ἀμπελώνας. Τὰ δ' αὐτὰ καὶ τοῖς ἐλαιολογοῦσι διατάσσεται. Similiter vindemiæ tempore præcipit, ne colligantur acini, neve fiat racematio. Idem mandat et olivatoribus.

(50) Αἱ δεκάται. Levit. xxii, 50, 52; Numer. xviii, 21, 24. Philo, p. 704: Κελεύουσιν οἱ νόμοι δεκάτας μὲν ἀπὸ τοῦ σίτου, οἴνου, καὶ θρεμμάτων ἡμέριων, καὶ ἐρίων ἀπάργεσθαι τοῖς ἱερωμένοις. . . ὅπως ἐρεθίζομενοι τῇ μὲν τιμᾷ τὸ θεῖον, τῇ δὲ μὴ πάντα κερδαίνειν, εὐσεβεῖα καὶ εὐανθρωπία, ταῖς ἀρετῶν ἡγεμονίαι, κοσμοῦνται. Eadem leges jubent decimas frumenti, vini, olei, pecorum, lanarum decidi sacerdotibus: ut invitati ad religionem moderandumque lucri studium, pietate charitateque ornentur, duabus virtutibus præcipuis.

(51) Ἐδίδασκεν. Scribendum in plurali numero ἐδίδασκον.

(52) Ἐβδόμου ἔτους. Exod. xxiii, 10, 11; Levit. xxv, 2-7. Philo, loco jam dicto: Τὰ δὲ περὶ ἐβδόμου ἔτους νομοθετηθέντα, καθ' ὃ δεῖ τὴν χώραν ἀνίσθαι ἀρχὴν πᾶσαν ἀφιεμένην, τοὺς δὲ πένητας ἀδεῶς τοῖς τῶν πλουσίων χωρίαις δρεπομένους αὐτοματισθέντα καρπῶν διώρημα φύσεως, ἄρ' οὐχὶ χρηστὰ καὶ εὐανθρώπα; Quod lex de anno septimo, quo cessat agricultura, et pauperibus licet e divitum agris fructus sponte natos, ceu naturæ donum, secure tollere, annon bonitatis humanitatisque plenum est?

(53) Τοῖς κατὰ θεὸν φυεῖσι. Hoc est sine cultu et cura hominum germinantibus. Sic enim Philo hanc phrasim explicavit, loco jam dicto: Μὴ συγεφ-

A existimationem, laudemque. Annon hoc tibi videtur esse præceptum humanitatis? sicut illud: Mercedem pauperis ipso die reddere, docet oportere sine mora exsolvere mercedem ministris. Remittitur enim, ut opinor, ad id, quod in postremum sequitur, faciendum pauperis alacritas, si desit alimentum. Præterea: Generator, inquit, ne ingrediatur domum debitoris, vi pignus accepturus: sed ille quidem jubeat extra proferre: is vero, si habeat, ne recuset. Et in messe ea, quæ a manipulis excidunt, tollere prohibet possessores, sicut etiam in metendo jubet aliquid insectum relinquere; per hoc possessores valde exercens ad communicationem et magnificentiam, ex eo quod ex propriis aliquid dimittant egentibus, pauperibus autem præbens materiam sibi quærendi victus. Vides quomodo lex simul annuntiat Dei justitiam et bonitatem, qui omnibus alimenta abunde suppeditat; et in ipsis vindemiis regredi ut carpant ea, quæ sunt relicta; et uvas, quæ excidunt, colligere prohibet. Eadem etiam præcipit iis, qui colligunt oleas. Jam vero decimæ quoque fructuum et pecorum, docebant et pios esse in Deum, et non esse lucro penitus deditos, ✠ sed proximos humanitatis efficere participes. Ex his enim, ut puto, et primitiis alabantur sacerdotes. Jam ergo intelligimus nos per legem erudiri ad pietatem et communicationem, et ad justitiam et humanitatem. Annon enim septimo quoque anno jubet agrum relinqui otiosum; pauperes autem iis, qui divinitus producti fuerint, fructibus secure frui præcepit, agrum colente natura

αψαμένης γεωργίας ἄρτιοι καὶ πλήρεις αἱ χάριτες ἐκ θεοῦ μόνον γένωνται. Nulla terram attingente cultura, integra gratia Deo debeat.

(54) Οὐ. Negativum οὐ, in Flor. edit. omissum agnoscit etiam Herveti versio: Quomodo ergo non bona est lex? inquit Sylburgius. Recte: nam hæc verba Clementis: Πῶς οὖν οὐ χρηστὸς ὁ νόμος; respondent illis quæ e Philone jam citata sunt, τὰ δὲ . . . νομοθετηθέντα. . . ἄρ' οὐχὶ χρηστὰ καὶ εὐανθρώπα;

(55) Πεντηκοστῷ ἔτει. Levit. xxv, 8, 9 seq. Philo, loco jam dicto de quinquagesimo anno agens, hæc dicit: Ἐπιτελεῖται μὲν γὰρ ἃ καὶ τῷ ἐβδόμῳ, προσεῖληψε δὲ τινα μείζονα λήψιν τῶν ἰδίων κτημάτων, ἃ διὰ καιροῦς ἀβουλήτους παρεχώρησαν ἑτέροις· οὕτω γὰρ τὴν κτῆσιν ἔχειν τῶν ἀλλοτρίων ἐφήσει, τὰς εἰς πλεονεξίαν ἐπιφράττων ὁδοὺς, ἐνεκα τοῦ στεῖλαι τὴν ἐπιθουλον καὶ πάντων αἰτίαν ἐπιθυμίαν, οὕτω τοὺς κληρούχους εἰς ἅπαν ὥφθη χρῆναι τῶν οἰκείων ἀποστερεῖσθαι, πενία διδόντας δίχας, ἣν κολάζεσθαι μὲν οὐ θέμις, ἐλεεῖσθαι δ' ἀναγκαῖον. Fiunt enim tunc eadem, quæ anno septimo, et accedunt alia majora, scilicet in pristinas possessiones restitutio, ex quibus aliquis propter temporum difficultates exciderat. Non permittit enim possessionem alienorum bonorum, occludens aditum avaritiæ, ut cohibeat insidiatricem fontemque omnium malorum concupiscentiam: nec censet æquum, ut coloni suis agris priventur in perpetuum, et paupertatis pœnas dent, miserandi potius, quam puniendi.

(56) Ἐλῶν. Scribendum ἐλεῶν, misertus, siquidem Philonem sequi libeat.

(57) Ἐλεημοσύναι. Proverb. xx, 28. Ἐλεημοσύνη καὶ ἀλήθεια φυλακὴ βασιλεῖ. Eleemosyna et veritas, custodia regi. Latina Vulg.: Misericordia et veritas

volentibus? Quomodo ergo non est bona lex, et magistra justitiæ? Et rursus quinquagesimo anno jubet eadem facere, quæ septimo: præterea reddens unicuique proprium, si cui casu aliquo ablatum esset fundus: et eorum cupiditatem, qui possidere desiderant, dimenso utendi ac fruendi tempore circumscribens; et eos qui propter longam paupertatem pœnas dederunt, nolens perpetuo puniri. *Eleemosynæ autem et fides, custodiæ regiæ. Benedictio autem in caput ejus, qui elargitur: etc. Qui miseretur mendicorum, beabitur* a; quoniam charitatem ostendit in sibi similem, propter eam, quam habet, charitatem, in Opilicem humani generis. Habent autem ea, quæ prius dicta sunt, alias quoque magis naturales expositiones, de quiete, et receptione hæreditatis; quæ non opus est in præsens dicere. Multis autem modis intelligitur charitas, per mansuetudinem, per benignitatem, per tolerantiam, per invidiæ et æmulationis vacuitatem, per odii remotionem, per injuriæ oblivionem. Est ejusmodi in omnibus, ut dividi et discerni non possit, sua lubenter communicans. Rursus: Si videris, inquit, ✕ jumentum necessariorum aut amicorum, aut eorum, quos cognoscis, hominum, errans in solitudine, abduc ipsum et redde: et si procul abfuerit dominus, postquam servaveris cum tuis donec redierit, redde. Naturalem docet communionem, nempe ut inventum existimemus depositum, et ne simus memores injuriæ ab inimico acceptæ.

✕ P. 475 ED. POTTER, 598-599 ED. PARIS. a Prov. xx, 28; xi, 26; xiv, 21.

custodiunt regem, et roboratur clementia thronus ejus. Aquila pariter vertit ἔλεος καὶ ἀλήθεια, ac sæpe convenit cum Latina Vulgata hic interpret: sed Hebræis eadem vox et veritatem, et fidem significat, ut Græcis, misericordiam et eleemosynam; Prov. iii, v. 5. Ἐλεημοσύνη καὶ πίστις μὴ ἐκλείπτωσάν σοι. Latina: *Misericordia et veritas te non deserant*: et e. xvi, v. 22: Ἐλεημοσύνη καὶ πίστις παρὰ τέκτοσιν ἀγαθοῖς, *Eleemosynæ et fides apud fabricatores bonos.* Quem locum hic indicari putavit Hervetus. Latina: *Misericordia et veritas præparant bona.* Utrouque eadem reperiuntur voces Hebrææ. COLLECT.

(58) *Εὐλογία.* Prov. xi, 26: Ὁ συνέχων σῆτρον, ὑπολείπειτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν· εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος. Prov. xiv, 21: Ὁ ἀτιμᾶζων πένητας ἀμαρτάνει· ἐλεῶν δὲ πτωχοὺς, μακαριστός.

(59) *Εἰς τὸ ὅμοιον.* A. εἰς ὄν ὅμοιον, masc. gen. SYLBURG.

(60) *Ἀμέριστος.* Amorem vocat individuum, indiscretum, quod per eum plures quodammodo unus idemque fiant; secundum illud, *Amicus alter ego.* Hoc sensu intelligendum esse Clementem patebit, appositis Philonis verbis e libri superius dicti pag. 705: *Κελεύει δὴ τοῖς ἀπὸ τοῦ ἔθνους ἀγαπᾶν τοὺς ἐπήλυδας, μὴ μόνον ὡς φίλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλὰ καὶ ὡς ἑαυτοὺς, κατὰ γε σῶμα καὶ ψυχὴν, ὡς οἶόν τε κοινοπραγοῦντας· κατὰ δὲ τὴν διάνοισιν, τὰ αὐτὰ λυπούμενους τε καὶ χαίροντας, ὡς ἐν διαίρετοῖς μέρεσιν ἐν ζῶον εἶναι· δοκεῖν ἀρμολογμένης καὶ συμφυῆς ἀπεραζομένης αὐτῆ κοινωνίας.* *Jubet etiam ut gentiles sui amarent advenas, non solum ut amicos et cognatos, sed tanquam seipsos, et unius fortunæ participes, tum animo, tum corpore, unaque sincere iisdem rebus dolentes ac gaudentes, tanquam ejusdem animalis diversæ partes, conciliante cunctos quodammodo in congenitam naturam benevolentia.*

A *στεις φυλακαὶ βασιλικαὶ· εὐλογία* (58) δὲ εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος· καὶ, Ὁ ἐλεῶν πτωχοὺς μακαρισθήσεται· ὅτι τὴν ἀγάπην ἐνδείκνυται εἰς τὸ ὅμοιον (59) διὰ τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς τὸν Δημιουργὸν τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους. Ἔχει μὲν οὖν καὶ ἄλλας ἐκδόσεις τὰ προσηρημένα, φυσικωτέρας, περί τι ἀναπαύσεως καὶ τῆς ἀπολύσεως τῆς κληρονομίας· ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ παρόντι λέλεχται. Ἀγάπη δὲ πολλὰ νοεῖται, διὰ πραότητος, διὰ χρηστότητος, δι' ὑπομονῆς, δι' ἀφρονίας καὶ ἀζήτησίας, δι' ἀμισίας, δι' ἀμνησικακίας· ἀμέριστός (60) ἐστὶν ἐν πᾶσιν, ἀδιάκριτος, κοινωνική. Πάλιν· Ἐάν ἴδης (61), φησί, τῶν οἰκείων (62) ἢ φίλων, ἢ καθόλου ὧν γνωρίζεις (63) ἀνθρώπων, ἐν ἐρήμῳ πλανώμενον ὑποζύγιον, ἀπαγαγὼν ἀπόδος· κἂν οὖν τύχη (64) μακρὰν ἀφραστῶς ὁ δεσπότης, μετὰ τῶν σαυτοῦ (65) διαφυλάξας, ἄχρῃς ἂν κομίσῃται, ἀπόδος. Φυσικὴν κοινωνίαν διδάσκει τὸ εὐρημα παρακαταθήκην λογιζέσθαι, μηδὲ μνησικακεῖν τῷ ἐχθρῷ (66). *Πρόσταγμα Κυρίου πηγὴ ζωῆς ὡς ἀληθῶς, ποιεῖ* (67) *ἐκκλίνειν ἐκ παγίδος θανάτου.* Τί δέ; οὐχὶ τοὺς ἐπήλυδας (68) ἀγαπᾶν κελεύει, οὐ μόνον ὡς φίλους καὶ συγγενεῖς, ἀλλ' ὡς ἑαυτοὺς, κατὰ τε σῶμα καὶ ψυχὴν; Καὶ μὴν τὰ ἔθνη τετίμηκεν, καὶ τοῖς γε κακῶς πεποιηκόσιν οὐ μισοπονηρεῖ (69). Ἄντικρυς γοῦν φησιν· *Οὐ βδελύξῃ Αἰγύπτιον, ὅτι πάροικος ἐγένου κατ' Αἴγυπτον* (70), ἢ τοι τὸν ἐθνικὸν, ἢ καὶ πάντα τὸν κοσμικὸν (71), Αἰγύπτιον προσειπῶν. Τοὺς τε

a Prov. xx, 28; xi, 26; xiv, 21.

C (61) Ἐάν ἴδης. Horum præceptorum sensus exstat Exod. xxiii, 4; Deut. xxii, 1, 2, 3; verba, paucis mutatis, e Philone sumpta sunt.

(62) *Τῶν οἰκ.* Τινὸς τῶν οἰκείων, Philo.

(63) Ἡ καθόλου ὧν γνωρίζεις. Ἡ συνόλως ὧν οἶδας, Philo.

(64) *Κἂν οὖν τύχη.* Καὶ ἐάν ἄρα τύχη, Philo.

(65) *Μετὰ τῶν σ.* Philo: Μετὰ τῶν σῶν διαφύλαξον, ἄχρῃς ἂν ἐπανελθὼν κομίσῃται παρακαταθήκην, ἣν οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἦν αὐτὸς ἐξευρόν, ἐκ φυσικῆς κοινωνίας ἀποδίδως. *Asserva cum tuis, donec ille veniens, depositum recipiat, quod ille non donavit, sed quod inventum ultro reddis propter naturale jus societatis.*

(66) *Τῷ ἐχθρῷ.* Nempe Exod. xxiii, mentio τοῦ ἐχθροῦ facta est· Ἐάν δὲ συναντήσῃς τῷ βῆτι τοῦ ἐχθροῦ σου, etc.

(67) *Ποιεῖ.* Ποιεῖ δέ, Proverb.

D (68) *Τοὺς ἐπήλυδας.* Conf. Exod. xxii, 21, xxiii, 9; Levit. xix, 10, 33, 34; Numer. xv, 12, 13, ut etiam verba Philonis paulo superius posita.

(69) *Μισοπονηρεῖ.* Aptius, opinor, *μνησιπονηρεῖ*, id est *μνησικακεῖ*, illati mali memoriam servat: inquit Sylburgius. Recte: nam hæc Philonis verba imitatus est Clemens: *Θέεται δὲ εἰς τοῖς κακῶς πεποιηκόσιν μὴ μνησικακεῖν. ... Ἄντικρυς οὖν φησιν, Οὐ βδελύξῃ τὸν Αἰγύπτιον.* *Vult etiam injuriarum memoriam aboleri. Proinde diserte ait: « Αἰγύπτιον odio non prosequeris. »*

(70) *Κατ' Αἴγυπτον.* Interpretamentum Clementis: ἐν τῇ γῆ αὐτοῦ, Deuterou.

(71) *Πάντα τὸν κοσμ.* Superius pag. 580 edit. Paris. dixit *Ἄγυπτον* esse σύμβολον τοῦ κόσμου, *signum mundi*: unde dubitat, utrum *Ἄγυπτι* nomine notetur, qui e terra *Ἄγυπτι* fuit, vel alius quisquam in toto mundo.

